II. **nach Verben:** 1. quae (res) essent propriae belli administrandi; de or I 210. f. propulso. quod bellum exspectatione eius attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum; imp Pomp 30. quod bellum commotum a Scapula ita postea confirmatum est a Pompeio, ut . . ; ep IX 13, 1. alter bellum terra et mari comparat; A X 4, 3. ut caveretis, ne hoc absoluto novum aliquod bellum Gallicum concitaretur; Font 33. confectis omnibus maritimis terrestribusque bellis; prov 27. f. renovo. confirmo: f. commoveo. conflo: f. I, 1. nascitur. vidi nostros amicos cupere bellum, hunc (Caesarem) autem non tam cupere quam non timere; ep IX 6, 2. nullum bellum iustum habetur nisi denuntiatum, nisi indictum, nisi repetitis rebus; rep III 35. suadere intitui, ut (Pompeius) bellum duceret: ep VII 3, 2. nullus (est) rex, qui bellum populo Romano facere possit; Catil II 11. frango: f. I, 1. oritur. agitur salus sociorum atque amicorum, pro qua multa maiores vestri magna et gravia bella gesserunt; imp Pomp 6. cum Antonio bellum gerimus, sed non pari condicione, contra arma verbis; ep XII 22, 1. f. profligo, renovo. bellum nullum haberemus; Phil V 30. f. denuntio. cuius (parentis) sanguine totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est; Font 41. imminuo: f. attenuo. ut is bellum rei publicae indiceret; ep XI 18, 2. f. denuntio. cum rex Pyrrhus populo Romano bellum ultro intulisset; of III 86. non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur; ep XI 12, 1. cum servorum bellum metueretur: Ver V 18. qui profligato bello ac paene sublato renovatum bellum gerere conamur || cogamur ||; ep XII 30, 2. illa (Gallia) huius belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet; Phil XII 9. nos confecto bello, ut arbitrabamur, renovatum bellum gerimus: ep XII 8, 1. f. profligo. cum bellum acerbissimum civile sit restinctum; Phil V 40. f. inflammo. ut bellum intestinum ac domesticum sedetur; Catil II 28. sepelio: f. attenuo. bellum crudele et exitiosum suscipi a Pompeio intellegebam; A IX 6, 7. f. I, 1. nascitur. sustineo: f. propulso. timeo: f. cupio. tollo: f. attenuo. profligo. trahi id bellum; A X 8, 2. fecerunt (poëtae), ut eorum (deorum) bella, proelia, pugnas, vulnera, videremus; nat I 42. — 2. quem bello praedonum praeponeretis; imp Pomp 63. — 3. qui praetor finitimo, consul domestico bello rem publicam liberarat; Planc 70. perfuncta res publica est hoc misero fatalique bello; Marcel 31. — 4. tantum aberat a bello, ut . . ; Phil X 14. quantum ipse a continuis bellis et victoriis conquievit; Balb 3. ad tantum bellum is (Cn. Pompeius) erat deligendus atque mittendus; imp Pomp 50. L. Lucullum magnis rebus gestis ab eo bello discedere; imp Pomp 5. tua aetas incidit in id bellum; of II 45. quem iam ingressum esse in bellum videbam; Catil II 14. mitto ad: f. deligo ad. consul sortitu ad bellum profectus A. Hirtius: Phil XIV 4. quoniam illi arti in bello ac seditione locus est, huic in pace atque otio: Quir 20. sum sine: f. I, 1. est; Phil VIII 2. sine qua (urbe) numquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt; of II 28. maximo in bello sic est versatus, ut . . ; Muren 20.

III. **nach Adjectiv:** vir bellorum omnium peritissimus, P. Servilius; imp Pomp 68.

IV. **nach Substantiven:** 1. quos cives belli calamitas reliquos fecerat; Ver II 86. quas dixi paulo ante iustas causas esse bellorum; of I 38. confectio huius belli est D. Bruti salus; Phil XIV 1. hoc vectigali etiam belli difficultates sustentantur; agr II 83. huius totius belli in unius viri vita positum esse discrimen; Phil XIV 3. quoniam consceleratissimi periculosissimique belli nefarios duces captos iam tenetis; Catil III 16. cum omnium bellorum exitus incerti sint; ep VI 1, 2. f. fortuna. bonum civem initia belli civilis invitum suscipere, extrema libenter non persequi; ep IV 7, 2. me mihi ipsi finem fecisse belli; ep VII 3, 5. cum esset incertus exitus et anceps fortuna belli; Marcel 15. primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine esse dicendum; imp Pomp 6. oriens incendium belli Punici secundi; rep I 1. initia: f. extrema. quam (Minervam) principem et inventricem belli ferunt; nat III 53. quae (Mytilenae) vestrae belli lege ac victoriae iure factae sunt; agr II 40. magnitudo: f. genus. Martem belli esse communem; de or III 167. cui (Italiae) belli intestini et vastitatis metus inferebatur; Planc 87. qui nec sumptis armis belli ullam partem attigi; A IX 11, A. 2. dum modo a vobis huius horribilis belli ac nefarii periculum depellatur; Catil II 15. f. suspicio. princeps: f. inventrix. propter rationem Gallici belli; prov. 19. tu populo Romano subsidia belli, tu ornamenta pacis eripias? agr I 3. omnia alia esse nobis vacua ab omni periculo atque etiam suspicione belli; prov 30. cuius belli victor L. Scipio; Muren 31. extremum malorum omnium esse civilis belli victoriam; ep IX 6, 3. — 2. quod fuerit de hoc bello iudicium senatus; Phil IX 7. o nationes testes Cn. Pompei non solum virtutis in bello, sed etiam religionis in pace! Balb 13.

V. **Umstand:** 1. quibus (consiliis) saepe constituta est imperatorum sapientia salus civitatis aut belli aut domi; Bru 256. qui sunt boni cives, qui belli, qui domi de patria bene merentes, nisi . . ? Planc 80. magnae res temporibus illis a fortissimis viris belli gerebantur; rep II 56. — 2. cum bello sociorum tota Italia arderet: Ver V 8. quos (agros) bello Romulus ceperat; rep II 26. cum hoc bello, *bello*, inquam, decertandum est; Phil V 33. omne Latium bello devicit; rep II 44. socii nefario bello lacessiti;

Piso 85. ceteri partim ex veteribus bellis agro multati, partim ab hoc ipso bello superati et oppressi; Font 26. cum senatus P. Dolabellam bello persequendum censuerit; Phil XI 29. quae (Italia) cum servili bello taetro periculosoque premeretur; imp Pomp 30. superari: f. opprimi. cum bello vastabitur Italia; Catil I 29. bello victis regibus; Sest 57. me clamante nihil esse bello civili miserius; ep XVI 12, 2. cum bello Latino ludi votivi maximi primum fierent; div I 55. — 3. ex: f. 2. opprimi. noster populus in pace et domi provocat, in bello sic paret ut regi; rep I 63. post magnum illud Peloponnesiacum bellum; rep III 44. „arma" ac „tela" pro bello; de or III 167.

bellus, schön, artig, fein, munter: Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit; ep XIV 7, 3. fac bellus revertare; ep XVI 18, 1. quam sit bellum cavere malum; de or I 247. est bellum illud quoque, ex quo is, qui dixit, irridetur in eo ipso genere, quo dixit; de or II 277. (Corumbus) bellus esse dicitur architectus; A XIV 3, 1. est tibi ex eis ipsis, qui adsunt, bella copia; rep II 67. durius accipere hoc mihi visus est, quam homines belli solent; A I 1 4. bella ironia, si iocaremur; Bru 293. illum pueris locum esse bellissimum duximus; A V 17, 3. satis bella materies ad iocandum; de or II 239. Piliae et puellae Caeciliae bellissimae salutem dices; A VI 4, 3. bella etiam est familiaris reprehensio quasi errantis; de or II 281. subsidium bellissimum existimo esse senectuti otium; de or I 255.

belua, Tier, Ungeheuer: I. an putas ullum esse terra marique beluam, quae non sui generis belua maxime delectetur? nat I 77. — II, 1. Aegyptii nullam beluam nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt; nat I 101. delecto: f. I. qui (tyrannus) morum immanitate vastissimas vincit beluas; rep II 48. — 2. quantum natura hominis pecudibus reliquisque beluis antecedat; of I 105. esse quandam illi beluae cum genere humano societatem; ep VII 1, 3. — 3. capio ex: f. 1. consecro. facio iniuriam fortissimo viro mortuo, qui illum cum hac importuna belua conferam; Piso 8. quem ex quaque belua usum habere possemus: of II 14. — III, 1. quas (strages) furor edere potuit impurae beluae; leg III 22. eos (deos) beluarum nomine appellas, ut Capram, ut Nepam; nat III 40. — 2. est vobis res cum immani taetraque belua; Phil IV 12. — IV, 1. delectari: f. 1. — 2. Romulus et Remus cum altrice belua; div II 45.

bene, gut, wohl, recht, schön: I. secundum naturam vivere sic adfectum, ut optime adfici possit; fin V 24. bene adhibita ratio; Tusc IV 58. quia conscientia bene actae vitae multorumque bene factorum recordatio iucundissima est; Cato 9. qui non minus bene actum cum illis putem; A XIII 10, 1. esse hominis ingenui velle bene audire: fin III 57. cum bene completa domus est; A I 18, 1. cum corpus bene constitutum sit; fin II 92. sibi eas aves bene consuluisse; div I 27. professio ipsa bene dicendi; de or I 21. eum et Attice dicturum ut optime, ut bene dicere id sit Attice dicere; opt gen 13. cui bene dixit umquam bono? Sest 110. haec ab Antiocho dicuntur multo melius et fortius; fin V 75. f. facio; Bru 322. nec ut emat melius nec ut vendat, quisquam simulabit aut dissimulabit vir bonus; of III 61. exercitatus: f. II. robustus. quos ob bene facta diligi volemus; de or II 208. philosophiam, matrem omnium bene factorum beneque dictorum; Bru 322. bene sane facis: Ac I 25. f. ago. consuetudinem rei publicae bene gerendae; Sest 67. bene habet; iacta sunt fundamenta defensionis; Muren 14. ii ipsi se hoc melius habent quam nos, quod . .; A XI 7, 4. ut quisque optime natus institutusque est; fin V 57. a bene inventis alicuius recedere; inv II 4. incorrupta vox bene indicantium de excellenti virtute; Tusc III 3. bene loquendi de Catulis opinio non minor; of I 133. f. spero. qui de me estis optime meriti; Quir 22. non est tuum de re publica bene mereri; Phil II 36. nascor: f. instituo. bene maiores accubitionem epularem amicorum convivium nominaverunt; Cato 45. tu, qui bene nosses coniunctionem meam et Caesaris; Piso 82. cuius aliquo bene praecepto duceremur; inv II 4. quos (centuriones) bene sentire de re publica cognoverat; Phil V 22. neque umquam de illo et sperare optime et loqui destiti; Phil XIII 8. spero ex tuis litteris tibi melius esse: ep XVI 22, 1. venire imberbum adulescentulum, bene valentem ac maritum; dom 37. venditorem velle quam optime vendere; of III 51. f. emo. ad recte, honeste, laudabiliter, postremo ad bene vivendum satisne est praesidii in virtute? Tusc V 12. — II. adulescens non minus bene nummatus quam bene capillatus; agr II 59. habetis sermonem bene longum; de or II 361. bene plane magnus mihi quidem videtur (Philoctetae dolor); Tusc II 44. nummatus: f. capillatus. Ser. Fabius Pictor, antiquitatis bene peritus; Bru 81. in clamando eum esse bene robustum atque exercitatum; div Caec 48. hominem bene sanum; Sest 23. — III. num tibi molestus esset futurus, si ad te bene ante lucem venisset; de or II 259. bene mane haec scripsi; A IV 9, 2. qui bene penitus in istius familiaritatem sese dedit; Ver II 169. — IV. quo melius nostri illi senes, qui . .; de or III 221. fecit etiam iste me epilogus firmiorem. — optime, inquam; Tusc I 119.

benefactum, f. bene, I. facio.

beneficentia, Wohltätigkeit: I. de beneficentia ac de liberalitate dicatur, qua quidem nihil est naturae hominis accommodatius, sed habet multas cautiones; of I 42. — II. dico de: f. I. nihil (est) honestius quam pecuniam, si habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre; of I 68. quae (virtutes) videntur in quadam comitate ac beneficentia positae; de or II 343.

beneficium, Wohltat, Verdienst, Begünstigung, Gunstbezeigung: I. maiorum suorum beneficia, si qua exstabunt, proferre; inv II 106. ut vestra beneficia, quae in me contulistis, aut in huius salute augeatis aut in eiusdem exitio occasura esse videatis; Milo 100. quoniam de eo genere beneficiorum dictum est, quae ad singulos spectant, deinceps de iis, quae ad universos quaeque ad rem publicam pertinent, disputandum est; of II 72. leviora beneficia quam maleficia (esse); inv II 108. ratio praemii quattuor est in partes distributa: in beneficia, in hominem, in praemii genus, in facultates. beneficia ex sua vi, ex tempore, ex animo eius, qui fecit, ex casu considerantur. ex sua vi quaerentur hoc modo: magna an parva, facilia an difficilia, singularia sint an vulgaria, vera an falsa quadam || falsa, quanam || exornatione honestentur; inv II 112. mihi semper eo maiora beneficia C. Caesaris visa sunt, quo minus erant ab aetate illa postulanda; Phil XIV 28. — II, 1. intellegis, quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto sit tanta gloria: Marcel 3. augeo: f. I. occidunt. qui sua erga me beneficia commemorat; Phil II 48. gravissime vituperatur, qui in tantis beneficiis, quanta vos in me contulistis, remunerandis est tardior; Quir 23. f. I. occidunt. considero, al.: f. I. sunt. quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur; Ver V 180. do: f. accipio. beneficia, quae venderet, a conlega petebat; Phil II 82. quoniam apud gratos homines beneficium ponis; ep XIII 54. postulo: f. I. videntur. profero: f. I. exstant. remuneror: f. confero. vendo: f. peto. — 2. nomen (consulis) beneficii populi Romani est: Phil XIV 25. — 3. quae magnitudo observantiae tot tantisque

beneficiis respondere poterit? sen 24. — 4. spoliari populi Romani beneficiis amplissimis: dom 98. Acilius maximo meo beneficio est; ep VII 30, 3. quod multi eorum (deorum) beneficio perverse uterentur; nat III 70. — 5. disputo de: f. I. pertinent. distribuo in: f. I. sunt. vos in hac causa non de maleficio L. Cornelii, sed de beneficio Cn. Pompei iudicaturos; Balb 65. homines eo animo, ut, quaecumque dicendi potestas esset data, in honore atque in beneficio ponerent; Cluent 57. sum in: f. 1. accipio. — III, 1. quae natio non gratum animum et beneficii memorem diligit? leg I 32. — 2. ut timeres, ne indignus beneficio videreris, nisi . .; Piso 82. — IV. genus horum beneficiorum definitum lege non erat; ep V 20, 7. f. I. pertinent. sine ad alios potestatem, ad te gratiam beneficii tui pervenire; agr II 22. neque aequum est tempore et die memoriam beneficii definire; Quir 23. — V, 1. hanc ego causam cum agam beneficio populi Romani de loco superiore; Ver I 14. ab isto donis beneficiisque multis devinciebatur; Ver V 82. nisi ex eo loco ancillarum beneficio emissus esset; har resp 44. ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant; Balb 21. nisi meo in rem publicam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus; of I 78. patria et parentes, quorum beneficiis maximis obligati sumus; of I 58. Hagesaretus magnis meis beneficiis ornatus; ep XIII 25. quam diu imperium populi Romani beneficiis tenebatur, non iniuriis; of II 26. — 2. quod beneficii gratiaeque causa concessit; Ver III 115. rogat, ut arent. in beneficio praetor hoc petit; Ver III 44. M. Cato invisus quasi per beneficium Cyprum relegatur; dom 65. quibus pro meis immortalibus beneficiis carissima mea salus esse (debebat); ep IV 14, 3.

beneficus, wohltätig, gefällig: qui opera, id est virtute et industria, benefici et liberales erant; of II 53. si sunt di, benefici in homines sunt; div II 104. Iuppiter „optumus", id est beneficentissimus (dicitur); nat II 64. quorum (tenuiorum amicorum) copia bonis viris et beneficis deesse non solet; Muren 70.

benev — f. **beniv** —

benigne, gütig, freundlich, mildtätig, wohltätig: I. quae (furta) ille benignissime cum quaestore suo communicavit; div Caec 33. aut opera benigne fit indigentibus aut pecunia; of II 52. qui plurimis in ista provincia benigne fecisti; ep XIII 67, 1. adhuc invitamur benigne; A III 4. P. Nigidio ne benigne quidem polliceri possum; ep IV 13, 3. — II. „frumentum", inquit, „me abs te emere oportet". „optime" „modium denario". „benigne ac liberaliter"; Ver III 196.

benignitas, Güte, Gefälligkeit, Bereitwilligkeit, Wohltätigkeit: I. nec ita claudenda res est familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; of II 55. erat in eo summa in omnes cives opis, auxilii, defensionis, largiendi etiam benignitas; rep II 35. potest: f. aperit. vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam; dom 32. — II, 1. quam (beneficentiam) eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet; of I 20. si in eum benignitatis plurimum conferetur; of I 50. — 2. utar vestra benignitate; Arch 18. — III. aliqd: f. II, 1. confero. qui (senatus) in eam iam benignitatis consuetudinem venit, ut eos novis honoribus adficiat; Piso 45. — IV. qui (ordo) est semper benignitate magistratus sustentatus; prov 10.

benignus, gütig, gefällig, bereitwillig, wohltätig: qui benigniores volunt esse, quam res patitur; of I 44. comes benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur; Balb 36. ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos et benignos fuisse? nat I 122. ut oratione benigna multitudinis animos ad benivolentiam adliciant; of II 48.

benivole, wohlwollend: haec accipienda amice, cum benivole fiunt; Lael 88. mihi molestissimis temporibus ita fideliter benivoleque praesto fuit, ut . .; ep XIII 21, 2. Hirtii epistulam benivole scriptam; A XII 34, 3.

benivolentia, Wohlwollen, Geneigtheit, Gewogenheit: I. malus est custos diuturnitatis metus contraque benivolentia fidelis vel ad perpetuitatem; of II 23. quam (benivolentiam) si qui putant ab imbecillitate proficisci . .; Lael 29. ut nostra in amicos benivolentia illorum erga nos benivolentiae pariter aequaliterque respondeat; Lael 56. — II, 1. abalieno: f. concilio. benivolentia quattuor ex locis comparatur: ab nostra, ab adversariorum, ab iudicum persona, a causa; inv I 22. ea valde benivolentiam conciliant abalienantque ab iis, in quibus haec || non || sunt; de or II 182. ad istorum benivolentiam conciliandam et conligendam; ep IX 16, 2. fretus conscientia officii mei benivolentiaeque, quam a me certo iudicio susceptam, quoad tu voles, conservabo; ep III 7, 6. lacrimantes gaudio suam erga me benivolentiam ac misericordiam declararunt; Sest 117. ut meam erga te fidem et benivolentiam absens experirere; ep I 5, a, 1. perspicio: f. 3. habeo in. mea tibi benivolentia fidesque praestabitur; ep XII 2, 3. suscipio: f. conservo. caritate benivolentiaque sublata omnis est e vita sublata iucunditas; Lael 102. quo artificio tueamur benivolentiam Caesaris; A VII 1, 7. — 2. respondeo: f. I. respondet. — 3. exercitu ad benivolentiam erga nos consentiente; A V 18, 2. omnem spem habeo in tua erga me mihi perspectissima benivolentia; A XI 1, 1. — III. conscientia: f. II, 1. conservo. in qua (tyrannorum vita) nulla stabilis benivolentiae potest esse fiducia; Lael 52. — IV. homines benivolentia coniuncti; Lael 82. multorum te benivolentia praeclare tuebere et munies; fin II 84.

benivolus, wohlwollend, günstig, geneigt, treu ergeben: ut eum, qui audiat, benivolum nobis faciamus; de or II 80. nec me benivolentiori cuiquam succedere potuisse; ep III 3, 1. sane benivolo animo me praemonebat; Ver pr 23. quis est, qui C. Fabricii, M'. Curii non cum caritate aliqua benivola memoriam usurpet? Lael 28. pietas (est), per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolum officium tribuitur; inv II 161. illum servum sibi benivolum esse; Cluent 176. officio (me) esse functum viri benivolentissimi atque amicissimi; ep V 16, 6.

bes, zwei Drittel: faenus ex triente Idibus Quinctilibus factum erat bessibus; A IV 15, 7. Idib. Quinct. faenus fuit bessibus ex triente; Q fr II 14, 4.

bestia, Tier, reißendes Tier: I. bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque consistunt; Arch 19. quid, si etiam bestiae multa faciunt duce sua quaeque natura partim indulgenter vel cum labore? fin II 109. (natura) alias bestias nantes aquarum incolas esse voluit, alias volucres caelo frui libero, serpentes quasdam, quasdam esse gradientes; earum ipsarum partim solivagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem cicures, non nullas abditas terraque tectas; Tusc V 38. — II, 1. abdo, al.: f. I. fruuntur. flecto: f. I. consistunt. ut ipsas bestias hominum gratia generatas esse videamus; nat II 158. quae potest homini esse polito delectatio, cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut praeclara bestia venabulo transverberatur? ep VII 1, 3. — 2. qua (praestantia) antecellimus bestiis; of I 107. quibus bestiis erat is cibus, ut aliis || alius || [generis] bestiis vescerentur; nat II 123. — 3. vescor: f. 2. sum. — 4. quid loquar, quanta ratio in bestiis ad perpetuam conservationem earum generis appareat? nat II 128. f. IV. animi. si non ad homines,

verum ad bestias haec conqueri ac deplorare vellem; Ver V 171. — III. nihil prohibet quaedam esse et inter se animalibus reliquis et cum bestiis homini communia; fin V 25. — IV. alqd: f. I. fruuntur. iam similitudo magis apparet in bestiis, quarum animi sunt rationis expertes; Tusc I 80. eos etiam ad bestiarum auxilium confugere; ep IX 6, 3. quibus rebus exculta hominum vita tantum distat ‖ destitit ‖ a victu et cultu bestiarum; of II 15. quam varia genera bestiarum vel cicurum vel ferarum! nat II 99. f. II, 4. appareo in. victus: f. cultus. — V. a: f. II, 1. transverbero.

bestiarius, Tierkämpfer: I. „do“, inquit, „bestiarios: lex scripta ‖ *est* ‖ de gladiatoribus“; Sest 135. emo: f. II. — II. ille vindex gladiatorum et bestiariorum emerat de Cosconio et Pomponio bestiarios; Q fr II 4, 5.

bestiola, Tierchen: apud Hypanim fluvium Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant; Tusc I 94. — II. sic dissimillimis bestiolis communiter cibus quaeritur; nat II 124.

beta, Beete, Mangold: a beta et a malva deceptus sum; ep VII 26, 2.

bibliotheca (bybliotheca, bibliothece), Büchersaal, Büchersammlung: I. in bibliotheca, quae in Lycio est, adsedimus; div II 8. — II. 1. velim cogites, quem ad modum bibliothecam nobis conficere possis; A I 7. bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus superare; de or I 195. de bibliotheca tua Graeca supplenda; Q fr III 4, 5. qui (Dionysius) meam bibliothecen multorum nummorum tractavit; ep XIII 77, 3. — 2. abdo me in bibliothecam; ep VII 28, 2. adsido in: f. I. si hortum in bybliotheca ‖ bibl. ‖ habes, deerit nihil; ep IX 4. — III. erat aptum bybliothecae ‖ bibl. ‖; ep VII 23, 2. — IV. cum in bibliotheca uterque nostrum libellos evolveret; Top 1.

bibo, trinken: I, 1. ut (Ganymedes) Iovi bibere ministraret; Tusc I 65. — 2. (Caesar) et edit et bibit ἀδεῶς et iucunde, opipare sane et apparate; A XIII 52, 1. f. II. aquam. — II. qui (Laco) plurimum bibit; A XVI 11, 3. Darius in fuga cum aquam turbidam bibisset, negavit umquam se bibisse iucundius; Tusc V 97. quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? Phil XI 10.

biceps, zweiköpfig: si puella nata biceps esset; div I 121.

bicorpor, zweileibig: »haec (dextra) bicorporem adflixit manum?« Tusc II 22.

biduum, zwei Tage: I, 1. ut eximant unum aliquem diem aut summum biduum ex mense, quos illi exaeresimos dies nominant; Ver II 129. — 2. „longus fuit dolor“. bidui; at compluribus annorum saepe multorum; Phil XI 8. — II, 1. quae (castra) aberant tridui ‖ bidui ‖; A V 16, 4. — 2. aniculae saepe inediam biduum aut triduum ferunt; Tusc II 40. in his locis, quae a Brundisio absunt propius † quam tu biduum aut triduum; A VIII 14, 1. — 3. mihi libertus domum ex hac die biduo ante conduxerat; Piso 61.

biennium, zwei Jahre: I. an tibi unius anni aut biennii ratio fuit habenda? Ver III 43. — II. 1. biennium provinciam obtinuit; Ver III 216. — 2. quae (lex) dilucide vetat gladiatores biennio, quo quis petierit aut petiturus sit, dare; Sest 133. secuta biennio post (lex) Cassia est; leg III 35. — 3. neque tu ipse hoc ita statueras antea per biennium; Ver III 101.

bifariam, zweifach, doppelt: cum is motus aut boni aut mali opinione citetur bifariam, quattuor perturbationes aequaliter distributae sunt; Tusc III 24. bifariam contrarie simul procedentia (sidera); Tim 31.

biformatus, doppelgestaltig: »hos non biformato impetu Centaurus ictus corpori inflixit meo«; Tusc II 20.

bilis, Galle, Zorn, Schwermut: I. si bilem id commovet; A II 7, 2. videte metuendam inimici et hostis bilem et licentiam! fr A XIII 21. ab eo cibo cum est secreta bilis; nat II 137. — II. quasi vero atra bili solum mens moveatur; Tusc III 11.

bimaritus, Doppelgatte: bimaritum appellas, ut verba etiam fingas, non solum crimina; Planc 30.

bimus, zwei Jahre betreffend: ut (Hortensius) de hac sententia bima decedat; ep III 8, 9.

bini, je zwei, zwei: cum (loquimur) „bini“, obscenum est. „Graecis quidem“, inquies; ep IX 22, 3. — A. »censores bini sunto«; leg III 7. binas centesimas ab sese ablatas; Ver III 168. ut una continuatione verborum binae ei (Demostheni) contentiones vocis et remissiones continerentur; de or I 261. cum duobus in locis disiunctissimis uno consilio a binis hostium copiis bellum terra marique gereretur; imp Pomp 9. quas (litteras) eodem exemplo binas accepi; ep XII 30, 7. bina aut terna milia nummum addebat; Ver III 118. nonne cernimus vix singulis aetatibus binos oratores laudabiles constitisse? Bru 333. quibus de rebus per binos tabellarios misi Romam publice litteras; A VI 1, 9. reliquae sunt venationes binae per dies quinque: ep VII 1, 3. — B. si, bis bina quot essent, didicisset Epicurus; nat II 49.

bipertito, in zwei Teile, in zwei Teilen: bipertito classem distributam fuisse; Flac 32. ibi in proximis villis ita bipertito fuerunt, ut Tiberis inter eos interesset; Catil III 5.

bipertitus, zweiteilig: secunda (argumentatio) est quadripertita, tertia tripertita; dein bipertita; quod in controversia est; inv I 67.

bipes, zweifüßig, zweibeinig: A. quid obstat, quo minus deus sit beatus, si non sit bipes? nat I 95. — B. hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadripedum impurissimo; dom 48.

biremis, Zweiruderer: illa non populo Romano reddita biremis, sed praetori donata cybaea; Ver V 59.

bis, zweimal, doppelt: ut „duellum“ bellum, [et] „duis“ bis, sic . .; orat 153. — I. accusatoris causa, ut bis ageretur, constitum est; Ver I 26. maiores de singulis magistratibus bis vos sententiam ferre voluerunt; agr II 26. unus bis rem publicam servavi, semel gloria, iterum aerumna mea; Sest 49. posteaquam bis consul et censor fuerat; div Caec 69. quod non semel, sed bis idem frumentum vendidisti; Ver III 179. — II. bina: f. bini, B. putas solem esse tantulum? ego ‖ egone? ‖ ne bis quidem tantum; Ac II 123. — III. (Milo) ludos apparat magnificentissimos, stulte bis terque non postulatos; Q fr III 8, 6. — IV. bis una consules; Lael 39. — V. culpa illa „bis ad eundem“ vulgari reprehensa proverbio est; ep X 20, 2.

biurus, doppelt geschwänzt: *M. Cicero tradit animalia „biuros“ vocari, qui vites in Campania erodant*; fr I 13.

blande, schmeichelnd, höflich: I. blande appellando; of II 48. id erat petere blandius; de or I 112. rogare coepit blande et concinne scilicet; Q Rosc 49. — II. amabo te, mi Attice, (videsne quam blande?) A XVI 2, 2.

blandimentum, Reiz, Annehmlichkeit: multa nobis blandimenta natura ipsa genuit; Cael 41. ut ea vis omnia blandimenta voluptatis otiique vicerit; rep I 1.

blandior, schmeicheln: I. qui (callidus) etiam litigare se simulans blandiatur; Lael 99. — II. ut blandiri eis subtiliter ‖ bl. suppliciter ‖ possemus; de or I 90. cur matri blanditur? Flac 92. video, quam suaviter voluptas sensibus nostris blandiatur; Ac II 139.

blanditia, Schmeichelei, Annehmlichkeit, Genuß: I. futtilis || facilis || est illa occursatio et blanditia popularis; Planc 29. nullam in amicitiis pestem esse maiorem quam adulationem, blanditiam, adsentationem; Lael 91. — II. blanditiis praesentium voluptatum deleniti atque corrupti; fin I 33. quem (Zeuxim) elici blanditiis ad indicium necesse non fuit; Q fr I, 2, 5. qui ut se blanditiis et adsentationibus in Asuvii consuetudinem penitus immersit; Cluent 36.

blandus, schmeichelnd, lockend, angenehm: unum te puto minus blandum esse quam me; A XII 3, 1. voluptates, blandissimae dominae; of II 37. cum filio blando et gratioso; Ver pr 25. quod invitabantur inlecebris blandis voluptatis; Tusc IV 6. ille mihi litteras blandas mittit; A VII 3, 11. ne blanda aut supplici oratione fallamur; Phil VII 26.

bonitas, Güte, Wohlwollen, Vortrefflichkeit: I. ut bonitas malitiam (aspernatur); Lael 47. nihil est tam populare quam bonitas; Ligar 37. quod summi cuiusque bonitas commune perfugium est omnium; of II 63. quantam vim naturae bonitas haberet et vera nobilitas; sen 25. — II, 1. si recte vestram bonitatem atque prudentiam cognovi; Quinct 54. vocis bonitas optanda est; orat 59. bonitas, iustitia funditus tollitur; of III 28. — 2. eorum fortunas tuae fidei, iustitiae bonitatique commendo; ep XIII 4, 3. ut opes et copiae non superbiae videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem et materiam dedisse; de or II 342. — 3. bonitate potius nostrorum verborum utamur quam splendore Graecorum; orat 164. — III. num deorum bonitatis praemium sibi postulet; inv II 113. — IV, 1. Campani semper superbi bonitate agrorum; agr II 95. formae dignitas coloris bonitate tuenda est; of I 130. — 2. id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur; nat II 60.

bonus, gut, tüchtig, trefflich, rechtschaffen, tugendhaft, bieder, patriotisch, angesehen, günstig, glücklich, vollgültig, vollberechtigt; subst. masc. Biedermann; neutr. Gut, Vorteil, Vorzug, Besitztum, Habe: A. **bei Substantiven:** utrum nostrum est an vestrum hoc proverbium, „Phrygem plagis fieri solere meliorem“? Flac 65. qui id efficit, melior est homine: nat III 25. Cassius petit, ut Hirtium quam optimum faciam; A XV 5, 1. vgl. B, **a.** quid est in homine sagaci ac bona mente melius? Tusc V 67. qui (homo) nihil in omni mundo melius esse quam se putet; nat II 16. (maiores nostri) omnibus rebus agendis „quod bonum, faustum, felix fortunatumque esset“ praefabantur; div I 102. quid optimo melius cogitari potest? rep III 47. „quid si hoc melius?“ opportune dici videtur vel in hoc ipso; A VII 3, 2. f. **aequus,** A. alqd. bonum, optimum: f. B, **b.** I, 2 u. a. Atratino, humanissimo atque optimo adulescenti, ignosco; Cael 2. sunt (consules) optimo animo; Phil III 2. quae omnia dulciora fiunt et moribus bonis et artibus; Cato 65. Romulus optimus augur fuisse traditur; div I 3. fulmen sinistrum auspicium optimum habemus; div II 74. soluta (praedia) meliore in causa sunt quam obligata; agr III 9. o clarissimi atque optimi cives! har resp 54. praeparato animo bonis cogitationibus; div I 121. neque cohortes optimas perdidissemus; Sest 72. optimo iure ea sunt profecto praedia, quae optima condicione sunt; agr III 9. quae (conscientia mentis) si optimorum consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis erit; Cluent 159. optimo et praestantissimo consule, Cn. Pompeio, referente; Rab Post 13. cum sacrificium Bonae deae fieret; dom 105. di boni, quid lucri est emori! Tusc I 97. quia sequantur naturam optimam bene vivendi ducem; Lael 19. quid potuit elegantius facere praetor cupidus existimationis bonae? Ver III 140. facta: f. consilia. εὐδοξίαν aptius est bonam famam appellare; fin III 57. in quibus (iudiciis) EX FIDE BONA est additum; Top 66. qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna; Piso 71. ut vix C. Marcello, optimo et amantissimo fratri, cederem; Marcel 34. ut unius vitio genus rei publicae ex bono in deterrimum conversum sit; rep II 47. qui optimi atque amplissimi cuiusque hominis atque ordinis auctoritatem magni putet; Flac 104. at est bonus imperator, at felix; Ver V 4. iudex esse bonus nemo potest, qui suspicione certa non movetur; Ver V 65. Iuppiter a maioribus nostris „optumus maxumus“, et quidem ante „optumus“, id est beneficentissimus, quam „maxumus“ (dicitur): nat II 64. ius: f. condicio. ut sine lege curiata idem iuris habeant, quod haberent, si optima lege a populo essent creati; agr II 29. videtur tamquam tabulas bene pictas conlocare in bono lumine; Bru 261. modus est optimus decus ipsum tenere; of I 141. mores: f. artes. quod maxime proprium est optimae praestantissimaeque naturae; nat I 121. si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis; of III 91. proficiscantur legati optimis ominibus; Phil XII 19. oratorum bonorum duo genera sunt; Bru 201. ordo: f. homo. bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam; de or II 14. ea a vobis spero esse in bonam partem accepta; Arch 32. omnibus bonis firmisque populis leges damus; leg II 35. bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit; Catil II 25. cum ignoratione rerum bonarum et malarum maxime hominum vita vexetur; fin I 43. res Hispanienses valde bonae; A XV 13, 4. bona aut denique aliqua re publica; ep V 16, 3. ego malis sententiis vinci non possum, bonis forsitan possim et libenter; Phil XIV 18. quod (amicitia) bonam spem praelucet in posterum; Lael 23. f. ratio. cum quaeritur, qui sit optimus rei publicae status; div II 11. velim quam primum bona et certa tempestate conscendas; Q fr II 2, 4. si meliora tempora essent; Phil VI 15. ut bona valetudo voluptati anteponatur; of II 88. bona venia huius optimi viri dixerim; de or I 242. quae optimis verbis ab Epicuro de laude amicitiae dicta sunt; fin II 84. quid? tu, vir optime, ecquid habes quod dicas? Sex Rosc 104. nullo adhibito non dicam viro, ne colonum forte adfuisse dicatis, sed bono viro; Cluent 182. cum is (Lutatius) sponsionem fecisset, NI VIR BONUS ESSET; of III 77. ut quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur; Q fr I 1, 12. f. venia.

B. **allein: a. masc.:** I, 1. quis tibi quemquam bonum putaret umquam honorem ullum denegaturum? Flac 102. pro qua (patria) quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? of I 57. quas (res) me consule omnes boni pro salute communi gesserunt; Sulla 32. te senatus, te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur; rep VI 12. oppetit, prodest: f. dubitat. cum omnes boni non recusarent, quin vel pro me vel mecum perirent; Quir 13. quod boni nescio quo modo tardiores sunt; Sest 100. quem (dolorem) optimus quisque pro patria et pro suis suscipit; fin I 24. — 2. qui sint „boni“, et quid sit „bene agi“, magna quaestio est; of III 70. eundem casum subeam potius cum iis, qui dicuntur esse boni, quam videar a bonis dissentire. etsi prope diem video bonorum, id est lautorum et locupletum, urbem refertam fore; A VIII 1, 3. — II, 1. quae (leges) supplicio improbos adficiunt, defendunt ac tuentur bonos; leg II 13. multo illa (vox) durior: „salvi sint improbi, scelerati, impii; deleantur innocentes, honesti, boni, tota res publica!“ Phil VIII 16. haec est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant; of III 62. etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem,

improbi saepe parvo; Milo 32. tueor: f. defendo. — 2. an non cernimus optimo cuique dominatum ab ipsa natura datum? rep III 37. omnibus bonis expedit salvam esse rem publicam; Phil III 16. — 3. cui (Carboni) ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit adferre; leg III 35. perditi in bonos armabantur; Planc 86. dissentio a: f. I, 2. languentem populum aut inflammare in improbos aut incitatum in bonos mitigare; de or I 202. secedant improbi, secernant se a bonis; Catil I 32. amicitiam nisi inter bonos esse non posse; Lael 65. — III, 1. refertus: f. I, 2. ut alii populares, alii studiosi optimi cuiusque videantur; of I 85. — 2. ut infestus (esse) bonis omnibus videretur; Sulla 15. — 3. eius (philosophiae) tractatio optimo atque amplissimo quoque dignissima est; Ac II 6. — 4. homo animo hostili in omnes bonos; Phil V 42. — IV, 1. servos tuos a te iam pridem ad bonorum caedem paratos; dom 6. nec in hac dissensione suscepi populi causam, sed bonorum; rep IV 8. consensu tam incredibili bonorum omnium; Sest 36. vita (agitur) et fortunae optimi cuiusque; Phil VII 27. qui absens iudicio bonorum defensus esse maluit quam praesens manu; Phil X 7. ea (gloria) est consentiens laus bonorum; Tusc III 3. nostra antiqua manus bonorum ardet studio nostri atque amore; Q fr I 2, 16. f. iudicium. cum alii vetere odio bonorum incitarentur; Sest 46. quae (res publica) sit in potestate optimorum; leg III 37. quo maiora studia in me bonorum fuerunt; Planc 89. bonorum beatam vitam esse; Tusc V 47. f. fortunae. — 2. dicam ego de (P. Sestii) incredibili amore in bonos; Sest 5. quem tu propter commune odium in bonos oderas; Vatin 25. reditus ad: f. II, 3. adfero a. — V. quae tibi tum gratiae sunt a me actae, quae ab senatu, quae a bonis omnibus! Flac 102. ubi (est additum) UT INTER BONOS BENE AGIER; Top 66. nisi et ab improbis expulsus esset et per bonos restitutus; dom 87.

b. neutrum (f. **aequus**, B, **b.** melius; f. A. alqd): I, 1. hoc summum bonum, quod tertia significatione intellegitur, in sapientem solum cadit; fin IV 15. sequitur illa divisio, ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia (sic enim appello, quae *τελικά* dicuntur), alia autem efficientia, alia utrumque; fin III 55. in omnibus rebus esse aliquid optimum, etiam si lateret; orat 36. quod bona, quae *Sex.* Roscii fuerunt, tua facta sunt; Sex Rosc 145. summo bono a te ita constituto, ut id totum in non dolendo sit; fin II 11. et in corpore et extra esse quaedam bona; fin II 68. discessus ab omnibus iis, quae sunt bona in vita; Tusc I 83. cum furiosorum bona legibus in agnatorum potestate sint; rep III 45. cum et bonum et malum natura iudicetur et ea sint principia naturae; leg I 46. latet: f. est; orat 36. nisi stabili et fixo et permanente bono beatus esse nemo potest; Tusc V 40. pertinent: f. efficiunt. haec bona in tabulas publicas nulla redierunt. Sex Rosc 128. cuius fratris bona, quod populo non solvebat, praetore Flacco publice venierunt; Flac 43. — 2. siquidem, quod omnes laudes habet, id est optimum; opt gen 6. id esse optimum putemus, quod erit rectissimum; Sest 143. qui summum bonum dicant id esse, si vacemus omni molestia; Ac II 138. concludebas summum malum esse dolorem, summum bonum voluptatem; fin II 63. reliquas naturas nihil aliud agere, nisi ut id conservent, quod in quaque optimum sit; fin IV 34. quod bonum sit, id esse optabile; fin IV 50. nihil esse bonum, nisi quod esset honestum; Tusc II 61. necesse est, quod honestum sit, id esse aut solum aut summum bonum, quod autem bonum, id certe utile; of III 35. cui praeter honestatem multa bona, praeter turpitudinem multa mala videntur; Ac II 135. — II, 1. qui boni quid volunt adferre; Phil I 8. bonum ex quo appellatum sit, nescio; fin IV 73. f. pono. bona eorum omnium ex agris auferri ac diripi; Ver III 66. quod aiunt, cognito summo bono reverti se ad naturam; fin IV 48. qui usque eo non fuit popularis, ut bona solus comesset; Sest 110. bona tua nonne L. Ninnius consecravit? dom 125. constituo: f. I, 1. est; fin II 11. ut nihil praeter virtutem diceretur bonum; Tusc V 34. diripio: f. aufero. nec tam est enitendum, ut bona, quae nobis data non sint, sequamur, quam ut vitia fugiamus; of I 114. qui nostra bona sperant, cum effundant sua; Phil XI 13. cum summum bonum exquiritur; fin V 17. facio: f. I. 1. est; Sex Rosc 145. cum sit aemulantis angi alieno bono, quod ipse non habeat; Tusc IV 56. indico: f. I, 1. est; leg I 46. quae isti bona numerant, ne ipsi quidem honesta dicunt; Tusc V 44. qui in voluptate summum bonum ponat; fin II 70. qui (philosophi) summum bonum, quod ultimum appello, in animo ponerent; fin III 30. postulat a Burrieno praetore Naevius, ut ex edicto bona possidere liceat; Quinct 25. neque proscriptis neque possessis bonis; Quinct 67. quodsi non hominis summum bonum quaereremus, sed cuiusdam animantis; fin IV 27. sequor: f. do. spero: f. effundo. an fructus integros atque adeo bona fortunasque aratorum omnes vendidisti? Ver III 40. — 2. tranquillissimus animus meus, qui totum istuc aequi boni facit; A VII 7. 4. ut sit laetitia praesentium bonorum, libido futurorum; Tusc IV 11. — 3. malitia mala bonis ponit ante; of III 71. illud Cassianum, „cui bono" fuerit, in his personis valeat; Milo 32. — 4. ne vivus quidem bono caret, si eo non indiget; Tusc I 88. hunc funditus evertit bonis; Sex Rosc 115. num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit? Ver II 46. si malo careat, continuone fruitur summo bono? Tusc III 40. indigeo: f. careo. quia privari se vitae bonis arbitrentur; fin V 31. utemur bono litterarum; ep XV 14, 3. — 5. nihil ipse attigit de Valerianis bonis; Flac 89. ut nihil de capite civis aut de bonis sine iudicio senatus detrahi possit; dom 33. de suis bonis ita dat, ut ab iure non abeat; Ver I 114. quorum ex bonis istum anulo aureo donabas; Ver III 187. quod (honestum) solum in bonis ducitur; fin III 21. omnia, quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis; Cato 71. in mea bona, quos voles, immittes; Ver I 142. cur nec voluptas in bonis sit numeranda nec in malis dolor; fin I 31. cum id officium nec in bonis ponamus nec in malis; fin III 58. istum in bonis aratorum aperte esse praedatum; Ver III 146. omnia, quae natura aspernetur, in malis esse, quae asciscat, in bonis; Tusc II 30. (L. Manlius) est hodie in bonis; ep XIII 30, 1. — III, 1. ut est quisque maxime boni particeps, ita est laudabilis maxime; par 15. — 2. si eo beatior quisque sit, quo sit corporis aut externis bonis plenior; fin III 43. — 3. quod alii ad alia bona sunt aptiores; Tusc IV 28. quibus nihil non modo de fructu, sed ne de bonis quidem suis reliqui fecit; Ver III 115. — IV, 1. alqd: f. II, 1. adfero. potest quisquam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? par 7. nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus; fin II 41. non tam cumulus bonorum iucundus esse potest quam molesta decessio; Tusc I 110. non bonorum direptiones conquerebantur; Ver IV 111. bonorum emptio flagitiosa; Sex Rosc 24. bonorum Sex Roscii emptor est Chrysogonus; Sex Rosc 125. quaerimus, quid sit extremum et ultimum bonorum; fin I 29. qui finem bonorum esse dixerunt honeste vivere; fin IV 43. propositis bonorum et malorum finibus; of I 5. tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia; Tusc V 85. laetitia et libido in bonorum

opinione versantur; Tusc IV 12. iste in possessionem bonorum mulieris intrat; div Caec 56. a verbo et ab scripto plurimis saepe in rebus ius et aequi et boni || bonique || rationem esse seiunctam; Caecin 80. fines constituendi sunt, ad quos et bonorum et malorum summa referatur; Ac II 129. si sublata sit venditio bonorum; Sex Rosc 110. ultimum: f. extremum. — 2. ut suum quisque teneat neque de bonis privatorum publice deminutio fiat; of II 73. discessus a: f. I, 1. est; Tusc I 83. in bona eius impetum fecit; Ver I 90. qui (liber) est de summo bono; Tusc III 42. expositis iam sex de summo bono sententiis; fin V 20. homini id esse in bonis ultimum, secundum naturam vivere; fin V 26. — V, 1. angi: f. II, 1. habeo. si amicitiae, si propinquitates, si reliqua externa summo bono non continentur; fin V 69. gaude tuo isto tam excellenti bono; Marcel 19. M. Lepidus, vir ornatissimus omnibus et virtutis et fortunae bonis; Phil XIII 49. — 2. ut rex amicus cum bonis omnibus publicaretur; Sest 57. quae (vita) ex summo bono degitur; fin IV 15.

bos, Rind, Ochse (gen. bovum: f. III): I. ad arandum bovem esse natum; fin II 40. ut bos armenta, sic ego bonos viros sequar; A VII 7, 7. — II, 1. in illa incorrupta maxime gente Aegyptiorum bovem quendam putari deum; rep III 14. — 2. quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata; cervices autem natae ad iugum; nat II 159. tanta putabatur utilitas percipi e bubus, ut eorum visceribus vesci scelus haberetur; nat II 159. — III. in extis bovis opimi cor non fuit; div I 119. multae dictione ovium et bovum || boum || coërcebat; rep II 16. terga, al.: f. II, 2.

bovarius, für Rinder bestimmt: dum in foro bovario inquireret; Scaur 23.

bracatus, mit Hosen bekleidet: o (non dicam) paterni generis, sed bracatae cognationis dedecus! Piso 53. bracatis || bracc. || et Transalpinis nationibus; ep IX 15, 2.

brachium, Arm: cum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare; de or II 316. cum extento brachio paulum || paululum || etiam de gestu addidit; de or II 242. quod eum „brachium fregisse“ diceret; de or II 253. brachium procerius proiectum quasi quoddam telum orationis; de or III 220. — II. trunco magis toto se ipse moderans, brachii proiectione in contentionibus, contractione in remissis; orat 59. — III. qui (consules) illud levi brachio egissent; A IV 17, 3 (16, 6). quod me quodam modo molli brachio de Pompei familiaritate obiurgas; A II 1, 6.

breviloquens, sich kurz fassend: breviloquentem iam me tempus ipsum facit; A VII 20, 1.

breviloquentia, Kürze im Ausdruck: breviloquentiam in dicendo colat; rep V 11.

brevis, kurz, klein, gering, eng, geschärft: A. longus an brevis, formosus an deformis sit; inv I 35. f. brevitas, I, 1. facit. habetis, quae accusatores conlegerunt, quam brevia responsu! Cluent 164. breve, quo nihil brevius; Tusc II 44. quid breve (dicat) in tempore; Tusc II 45. Zenonis breves et acutulas conclusiones; nat III 18. ad istam omnem orationem brevis est defensio; Cael 9. qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet; Ver pr 6. „si (dolor) gravis, brevis; si longus, levis“; fin II 22. mihi omnino iam brevis exspectatio est; ep XIV 1, 6. id accidere intervallorum longorum et brevium varietate; orat 187. „indoctus“ dicimus brevi prima littera, „insanus“ producta, „inhumanus“ brevi, „infelix“ longa; orat 159. brevis est L. Crassi oratio: de or II 326. breve et non difficile praeceptum est; of III 43. qui (iambus) est e brevi et longa; orat 217. quos (libros) complures brevi tempore edidimus; nat I 6. si versus pronuntiatus est syllaba una brevior aut longior; par 26. brevis a natura nobis vita data est, at memoria bene redditae vitae sempiterna; Phil XIV 32. — B, I. istis brevibus et acutis auditis; fin IV 52. longum est ea dicere, sed hoc breve dicam; Sest 12. — II. complectar, quod proposui, brevi; de or I 190. ne plura consecter, comprendam brevi; de or I 34. ut res multas brevi dicant; inv I 28. (Caecilia) brevi mortua est; div I 104. id percurram brevi; Caecin 94. ad ea brevi respondebo; A XIV 9, 1. ad te veniam brevi; ep V 21, 5.

brevitas, Kürze, Gedrängtheit, Knappheit: I, 1. qui unam dicendi laudem putant esse brevitatem; de or II 53. huic (explanationi) contraria est distincte concisa brevitas; de or III 202. brevitas laus est interdum in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia laudem non habet; Bru 50. brevitas tuarum litterarum me quoque breviorem in scribendo facit; ep XII 9, 1. quia contractio et brevitas dignitatem non habeat; orat 193. f. est; Bru 50. — 2. brevitas est, cum nisi necessarium nullum adsumitur verbum; inv I 32. sin tum est brevitas, cum tantum verborum est, quantum necesse est; de or II 326. — II. si brevitas appellanda est, cum verbum nullum redundat; de or II 326. concido: f. I, 1. est; de or III 202. brevitas conficitur simplicibus verbis, semel una quaque re dicenda; part or 19. diei brevitas conviviis, noctis longitudo stupris et flagitiis continebatur; Ver V 26. — III. multos imitatio brevitatis decipit; inv I 28. — IV, 1. sententiis non satis apertis cum brevitate tum nimio acumine; Bru 66. ut brevitate temporis tam pauca cogerer scribere; A I 10, 1. cuius (doloris) magnitudinem brevitate consolatur, longinquitatem levitate; Tusc V 88. fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius; orat 212. — 2. nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna; fin II 87.

breviter, kurz, knapp, gedrängt, geschärft: I. agam quam brevissime potero; nat II 3. genera ipsa cupio breviter attingere; Ver IV 57. (haec) brevius angustiusque concluduntur; nat II 20. ea brevissime esse defensa; Cluent 160. qualis esset, summatim breviterque descripsimus; orat 50. quibus in verbis eae primae litterae sunt, quae in „sapiente“ atque „felice“, „in“ producte dicitur, in ceteris omnibus breviter; orat 159. si est simpliciter breviterque dicendum; of II 31. exposui breviter consulatum meum; Piso 7. narrare rem quod breviter iubent; de or II 326. dum multorum annorum accusationi breviter dilucideque respondeo; Cluent 8. scripsit et multis saepe verbis et breviter aperteque in eo libro; fin II 100. — II. „esse igitur divinationem confitendum est.“ festive et breviter; div II 107.

bruma, Wintersonnenwende: I. in lunae quoque cursu est et brumae quaedam et solstitii similitudo; nat II 50. — II. eas (litteras) mihi post brumam reddiderunt; ep III 7, 3.

brumalis, winterlich: puleium aridum florescere brumali ipso die; div II 33. cur sol nec longius progrediatur solstitiali orbi itemque brumali; nat III 37. ut (sol) accedat ad brumale signum; de or III 178.

brutus, stumpfsinnig, dumm: ista culpa Brutorum? minime illorum quidem, sed aliorum brutorum, qui se cautos ac sapientes putant; A XIV 14, 2.

bubulcus, Ochsentreiber, Knecht: I. eius (Tagetis) aspectu cum obstipuisset bubulcus; div II 50. — II. eum mane bubulco praesto ad portam fuisse; div I 57.

bucca, Backe: I. demonstravi digito pictum Gallum distortum, eiecta lingua, buccis fluentibus; de or II 266. — II. tu crebro ad me scribe, vel quod

in buccam venerit; A VII 10. cum garrimus, quicquid in buccam; A XII 1, 2.

bucina, Horn: I. te gallorum, illum bucinarum cantus exsuscitat; Muren 22. — II. signum bucina datur; Ver IV 96.

bucula, kleine Kuh: ut (Athenienses) ex aere Myronis buculam (amittant); Ver IV 135. (Hannibalem) ex eo auro buculam curasse faciendam; div I 48.

bulla, Knopf, Buckel, Kapsel: I. bullas aureas omnes ex iis valvis, quae erant multae et graves, non dubitavit auferre; Ver IV 124. — II. neque te tam commovebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod sine bulla venerat; Ver I 152.

bustuarius, für die Leichenfeier bestimmt: si mihi cum illo bustuario gladiatore decertandum fuisset; Piso 19.

bustum, Leichenbrandstätte, Grabmal, Grab: I, 1. cui (latroni) templum illud fuit bustum legum omnium ac religionum; Piso 11. — 2. tu, bustum rei publicae; Piso 9. — II, 1. quod (lex) »bustum usu capi« vetat, tuetur ius sepulchrorum; leg II 61. cum idem bustum in foro facerent, qui . . ; Phil I 5. — 2. signum de busto meretricis ablatum; dom 112. qui (Sardanapallus incidi iussit in busto: »haec habeo, quae edi«; Tusc V 101. L. Quinctius ad bustum Basili vulneratus et despoliatus || spoliatus est; A VII 9, 1.

Cachinnatio, schallendes Gelächter: ut, si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio; Tusc IV 66.

cachinno, laut auflachen: ridere convivae, cachinnare ipse Apronius; Ver III 62.

divinatio, Ahnung, Eingebung, Weissagung, Bestimmung des Anklägers: I, 1. quae (divinatio) est earum rerum, quae fortuitae putantur, praedictio atque praesensio; div I 9. ut et, si divinatio sit, di sint et, si di sint, sit divinatio; div I 10. apud Catonem erat divinatio in Gabinium futura inter Memmium et Ti. Neronem; Q fr III 2, 1. cui divinationi hoc plus confidimus, quod ea nos nihil in his tam obscuris rebus umquam omnino fefellit; ep VI 6, 4 — 2. iam ista divinatio est; qua si uti licet, vide, ne . .; Cluent 97. — II, 1. Chrysippus divinationem definit his verbis: vim cognoscentem et videntem et explicantem signa, quae a dis hominibus portendantur; div II 130. sequitur μαντική vestra, quae Latine divinatio dicitur; nat I 55. hic (Epicurus) circumitione quadam deos tollens recte non dubitat divinationem tollere; div II 40. — 2. confido: f. I, 1. fallit. — 3. utor: f. I, 2. — III, 1. quoniam constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meae; ep VI 6, 7. quod difficile dictu videtur, quae cuiusque divinationis ratio, quae causa sit; div I 85. quod esse clara et perspicua divinationis genera iudico; div I 10. ratio: f. causa. — 2. quos (libros) de divinatione edidi; fat 1. — IV. quod tamen ipsum nescio qua permotus animi divinatione non despero; ep III 13, 2.

divine, durch göttliche Eingebung, vortrefflich: qui potuit divinius utilitates complecti maritimas Romulus? rep II 10. non modo plura, sed etiam pauciora divine praesensa et praedicta reperiri; div I 124.

divinitas, Göttlichkeit, göttliches Wesen, göttliche Weisheit: I unde esset illa tanta tua in causis divinitas; de or II 362. — II, 1. (Cleanthes) divinitatem omnem tribuit astris; nat I 37. — 2. quod alterum divinitatis mihi cuiusdam videtur, alterum humanitatis; de or II 86. — 3. non me de perfecti oratoris divinitate quadam loqui; de or II 298. — III. siquidem Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit; orat 62.

divinitus, durch göttliche Fügung, Eingebung vorahnend, herrlich: si id divinitus accidisse potuerit videri; part or 82. multa divinitus a tribus illis consularibus Cotta deplorata et commemorata narrabat; de or I 26. ut id ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur; de or I 202. deploro: f. commemoro quae philosophi divinitus ferunt esse dicta; de or I 28. quae (sortes) ductae ut in rem apte cadant, fieri credo posse divinitus; div I 34. si Plato de rebus ab civilibus controversiis remotissimis divinitus est locutus; de or I 49. in hominibus de me divinitus meritis; sen 30.

divino, ahnen, erraten, voraussehen, in die Zukunft schauen, weissagen: I, 1. in optima quaque re publica plurimum auspicia et reliqua divinandi genera valuisse; div I 95. primum mihi videtur a deo, deinde a fato, deinde a natura vis omnis divinandi ratioque repetenda; div I 125. — 2. quod is, qui divinat, praedicit, id vero futurum est; div II 20. in Persis augurantur et divinant magi; div I 90. — II. etsi, quem exitum acies habitura sit, divinare nemo potest; ep VI 3, 2. — III. non equidem hoc divinavi; A XVI 8, 2. neque ego, ea, quae facta sunt, fore cum dicebam, divinabam futura; ep VI 1, 5.

divinus, die Götter betreffend, göttlich, herrlich, erhaben, gottbegeistert, weissagend, Wahrsager, Seher: A. quem (Platonem Panaetius) omnibus locis divinum appellat; Tusc I 79. (Cleantes) nihil ratione censet esse divinius; nat I 37. ut illud nescio quid non fortuitum, sed divinum videretur; ep VII 5, 2. vgl. B. b. o divina senatus admurmuratio! Ver V 41. divinus animus mortale nihil habuit; Scaur 50. eum quasi divino consilio isti negotio praepositum esse; ep XIII 4, 4. rationem, consilium, prudentiam qui non divina cura perfecta esse perspicit; nat II 147. furore divino incitatus animus; div II 100. vir divina et incredibili fide; Milo 91. bene meriti de rebus communibus ut genere etiam putarentur, non solum ingenio esse divino; rep II 4. Ser. Galbam memoria teneo divinum hominem in dicendo; de or I 40. ingenium: f. genus. iura divina atque humana; Sex Rosc 37. (stellae) divinis animatae mentibus; rep VI 15. ut de tuis divinis in rem publicam meritis sileretur; ep XI 6, 2. omnem vim mundi natura divina contineri (necesse est); nat II 30. qui nullam vim esse ducit numenve divinum; Milo 83. quas (res) divina providentia dicimus constitutas; nat II 98. nemo cunctam intuens terram de divina ratione dubitaret; nat II 99. nondum divinae religionis, non humani officii ratio colebatur; inv I 2. contra omnes divinas atque humanas religiones; Ver V 34. patera, qua mulieres ad res divinas uterentur; Ver IV 46. tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti; Ac I 9. senatus frequens divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda; Q fr II 6, 1. divina haec fere sunt testimonia; Top 77. sequar divinum illum virum; leg III 1. incredibilis ac divina virtus; Phil X 11. qui (Strato) omnem vim divinam in natura sitam esse censet; nat I 35. f. numen. — B. a. 1. cum plurimis de rebus divini isti menti-

antur; nat III 14. — II. ad sapientes haec, non ad divinos referri solent; div II 11. — **b.** I. inesse in animis hominum divina quaedam; Tusc I 56. — II. cum a sensibus profecti (philosophi) maiora quaedam et diviniora vidissent; fin IV 42.

divisio, Teilung, Verteilung, Einteilung: I. quadripertita fuit divisio tua; nat III 6. non honestum verbum est „divisio"? at inest obscenum, cui respondet „intercapedo"; ep IX 22, 4. — II, 1. divisio (sic quaeritur) et eodem pacto partitio [sic]: triane genera bonorum sint; Top 83. — 2. si qua in re discrepavit || discrepuit || ab Antonii divisione nostra partitio; de or III 119. de agri Campani divisione disputet; agr II 78. illa neque habent suum locum ullum in divisione partium neque . .; de or II 50. ut intellegatur, quid velimus inter partitionem et divisionem interesse; Top 34. in divisione formae (sunt), quas Graeci εἴδη vocant, nostri „species" appellant; Top 30. — III. divisionum definitio formas omnes complectitur, quae sub eo genere sunt, quod definitur; Top 28. — IV. non est vitiosum in re infinita praetermittere aliquid. quod idem in divisione vitiosum est; Top 33.

divisor, Verteiler, Geldverteiler: I. alterum (senatus consultum), cuius domi divisores habitarent, adversus rem publicam; A I 16, 12. — II, 1. consul domi divisores habere (dicitur); A I 16, 12. divisores omnium tribuum noctu ad istum vocatos; Ver pr 22. — 2. quod HS ccc divisoribus, ut praetor renuntiarere, dedisti; Ver IV 45. — III. in furis atque divisoris disciplina educatus; Ver III 161.

divitiae, Reichtum: I. divitiae (oportunae sunt), ut utare, opes, ut colare; Lael 22. — II. nihil est tam angusti animi quam amare divitias; of I 68. multi divitias despiciunt; Lael 86. expetuntur divitiae cum ad usus vitae necessarios, tum ad perfruendas voluptates; of I 25. ego ipse, quem tu per iocum (sic enim accipio) „divitias orationis" habere dicis; ep IV 4, 1. in oratione Crassi divitias atque ornamenta eius ingenii per quaedam involucra perspexi; de or I 161. — III. divitiarum est fructus in copia; par 47. — IV. ut Sullanos possessores divitiis augeatis; agr II 69. quod si adsequor, supero Crassum divitiis; A I 4, 3.

divortium (divertium), Scheidung, Wasserscheide, Ehescheidung: I. si iudicaretur certis quibusdam verbis, non novis nuptiis fieri cum superiore divortium; de or I 183. haec, ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientiae || sapientium || iugo sunt doctrinarum facta divortia; de or III 69. divortium Muciae vehementer probatur; A I 12, 3. — II, 1. mons divisus aquarum divertiis || divortiis ||; ep II 10, 2. — 2. qui (Amanus) Syriam a Cilicia in aquarum divertio || divortio || dividit; A V 20, 3.

diurnus, bei Tage, einen Tag dauernd: nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderet, interfici impune; Milo 9. tantos labores diurnos nocturnosque; Cato 82. »luctum lacrimis finire diurnis«; Tusc III 65. possunt cuiquam esse utiles diurni et nocturni metus? of III 84. cum alicuius annui, menstrui, diurni nocturnive spatii certa significatione; inv I 39. ut tota tempora diurna in iis (devorsoriis) possim consumere; A XI 5, 2.

dius f. **fidius.**

diutinus, lange dauernd: tantus ardor animos hominum occupavit odio diutinae servitutis; ep XI 8, 2.

diuturnitas, lange Dauer, Länge der Zeit: I. quod adlatura est ipsa diuturnitas, quae maximos luctus vetustate tollit; ep V 16, 5. posteaquam diuturnitas pacis otium confirmavit; de or I 14. tollit: f. adfert. — II. ut eius (doloris) diuturnitatem adlevatio consoletur; fin I 40. — III. nihil est tam ad diuturnitatem memoriae stabile, quam id, in quo aliquid offenderis; de or I 129. — IV. malus est custos diuturnitatis metus; of II 23. — V. nec confirmaretur (opinio) diuturnitate temporis; nat II 5. nec (aetas) subito frangitur, sed diuturnitate exstinguitur; Cato 38.

diuturnus, lange dauernd, langjährig, lange bestehend: neque hoc, quod agitur, videtur diuturnum esse posse; A XI 3, 3. ut diuturniora bona brevioribus (anteponantur); Top 69. ut quam maxime permaneant diuturna corpora; Tusc I 108. (orationem) non posse in delectatione esse diuturna; de or III 100. a diuturnis dissensionibus conquiescamus; har resp 46. infirmus ex gravi diuturnoque morbo; Phil VIII 5. valet in fulguribus observatio diuturna; div II 42. quaesturae diuturnum tempus; Ac II 2. hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum; Sest 20. quas (res) diuturnus usus ita notavit; nat II 166.

divulgo, verbreiten, bekannt machen, veröffentlichen, preisgeben: I. visum est occultius agendum neque ullo modo divulgandum de te iam esse perfectum; ep VI 12, 3. — II. hunc librum, etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine divulgari necesse est; orat 112. qui (Hermodorus) Platonis libros solitus est divulgare; A XIII 21, a, 1 (4). adipiscendi magistratus levissimi et divulgatissimi festinatio; ep X 26, 2. hanc rem sermonibus divulgari voluerunt; Font 20. cuius primum tempus aetatis palam fuisset ad omnium libidines divulgatum; sen 11.

divus (divom f. B, **a,** III), göttlich, Gott, neutr. freier Himmel: A. est ergo flamen divo Iulio M. Antonius? Phil II 110. — B, **a,** I. de divis, neque ut sint neque ut non sint, habeo dicere; nat I 63. — II, 1. »divos eos, qui caelestes semper habiti, colunto«; leg II 19. — 2. dico de: f. I. hunc praestantissimae rei nomen nostri a divis, Graeci a furore duxerunt; div I 1. — III. »divom simulacra peremit fulminis ardor«; div I 19. — **b.** (signa) in silva disposita sub divo; Ver I 51.

do (duint f. III. mentem), geben, hingeben, widmen, übergeben, übertragen, zuschreiben, anrechnen, liefern, zahlen, zugeben, einräumen, gewähren, gestatten, bestimmen, anführen, nennen, ernennen, darstellen, zeigen, verursachen, erregen: I. **absolut:** qui tamen de cohorte sua dare non solebat; Ver II 34. in cellam cum cupiant gratis dare; Ver III 228. se a me quodam modo dare; A V 21, 11. pater dat filiae. de suis bonis ita dat, ut ab iure non abeat; Ver I 144.

II. **mit Ergänzung:** 1. si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere; Sex Rosc 46. f. III. alqd: ep VI 8, 1. — 2. illi non dabunt fortasse vitam beatam habere, in quo possit iure gloriari; fin IV 51.

III. **mit einfachem Object:** qui (Q. Scaevola) numquam nemini se ad docendum dabat; Bru 306. se in conspectum nautis paulisper dedit; Ver V 86. provinciae se ac rei militari dedit; har resp 42. quos in custodiam dederat; Phil III 10. da te homini, complectetur; ep II 8, 2. velim des te ad lenitatem; ep XIII 1, 4. in viam quod te des hoc tempore nihil est; ep XIV 12. quod sibi ille dederat, quicum disputabat; in I 53. quod tibi omnes dant; de or II 125. fac id te dedisse mihi, quod non ademisti; Phil II 60. dabit hoc Zenoni Polemo; fin IV 51. tantum (vir bonus) dabit amicitiae, ut veram amicitiae causam esse malit; of III 43. mihi hoc dederunt ut esses in Sicilia, quoad velles; ep VI 8, 1. facinus, liberos, iis colonis agros || agrum || dari iubet; agr II 75. cum tibi sive deus sive mater, ut ita dicam, rerum omnium natura dederit animum; par 14. unum da mihi ex illis aratoribus; Ver III 18. nisi forte haec illi (Caesari) tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus; A VII 6, 2. d HS ccc|ɔɔɔ dedisse, qui assem nullum dedit; Q Rosc 49. se dedisse beneficium, non accepisse; ep VI 1, 2. f. testimonium. esse stultitiam ab iis porrigere

tibus et dantibus (bona) nolle sumere; nat III 84. dandae cervices erant crudelitati nefariae; Phil V 42. civitas non iam singillatim, sed provinciis totis dabatur; Phil II 92. consilium fidele deliberanti dare; of I 52. nec consulto alteri damnum dari sine dolo malo potest; Tul 34. sese decumas ei, quem ad modum deberent, daturos; Ver III 68. Tulliola tibi diem dat; A I 10, 6. te existimo cum populis, tum etiam singulis hodierno sermone leges vivendi et disciplinam daturum; leg I 57. dedit illi dolorem; A VII 13, 1. equites, frumentum, pecuniam dare coacti sunt; Font 26. tibi exercitum patria pro se dedit; Phil XIII 14. iidem etiam di fraudem dederunt, facinus ceteraque; nat III 75. ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur; ep XII 30, 1. fidem hosti datam fallere; of I 39. fraudem: f. facinus. frumentum eos in cellam dare; Ver III 226. f. equites. dedit divinis duo genera motus; Tim 36. ut in ipsa petitione gladiatores audeas dare; Vatin 37. C. Caesari imperium extraordinarium dedi; Phil XI 20. tu ad me velim proximis litteris, ut se initia dederint, perscribas; A III 23, 5. quod iudices ex lege Rupilia dati non erant; Ver II 42. ut in haec verba iudicium dent; Tul 41. f. recuperatores. omnibus bonis firmisque populis leges damus; leg II 35. f. disciplinam. quid dulcius hominum generi ab natura datum est quam sui cuique liberi? Quir 2. plebi re, non verbo danda (fuit) libertas; leg III 25. quo ex loco aut quo tempore (litterae) essent datae; ep II 19, 1. quoad aetas M. Caelii dare potuit isti suspicioni locum; Cael 9. quae publice decumanis lucra data sint; Ver III 100. si rationem hominibus di dederunt, malitiam dederunt; nat III 75. utinam tibi istam mentem di immortales duint! Catil I 22. dat hospiti suo cuidam negotium, ut aliquem reperiret; Ver IV 100. ut nummos pro frumento darent; Ver III 191. iam Clitomacho Philo vester operam multos annos dedit; Ac II 17. danda omnino opera est, ut omni generi satis facere possimus; of II 71. quae partes corporis ad naturae necessitatem datae; of I 126. dant (parvi) se ad ludendum; fin V 42. pecuniam: f. equites. nisi rei publicae poenas dederis; Phil XIII 44. ei Verres possessionem hereditatis negat se daturum; Ver I 124. quae (lex) definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat; Balb 32. quaedam praecepta danda sunt; of II 44. praemia legatis Allobrogum dedistis amplissima; Catil IV 5. si quies dabitur; A II 20, 2. rationem: f. malitiam. necesse putavit esse et in universam familiam iudicium dare et recuperatores dare, ut . .; Tul 10. ut, si quid satis dandum erit, „AMPLIUS EO NOMINE NON PETI“, cures, ut satis detur fide mea; ep XIII 28, 2. sententia cum iudicibus daretur; de or I 232. HS: f. assem. multa iam mihi dare signa puerum et pudoris et ingenii; fin III 9. qui supplicium dederit indemnatus; inv II 85. quod datum est temporis nobis; Tusc II 9. quorum dignitati populus Romanus testimonium, non beneficium ambitioni dedit; Planc 50. cum testes ex Sicilia dabo; Ver IV 48. dasne adulescenti veniam? fin V 76. vel verba mihi dari facile patior in hoc; A XV 16.

IV. **mit Object und Zusatz:** 1. ne sibi crimini daretur eos ab se pecunia liberatos; Ver I 12. te inopia criminum summam laudem Sex. Roscio vitio et culpae dedisse; Sex Rosc 48. quod Q. Metello laudi datum est; Planc 89. si despicere se dicant ea, iis non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto; of I 71. — 2. consulibus senatus rem publicam defendendam dedit; Phil VIII 15. sin homo amens diripiendam urbem daturus est; ep XIV 14, 1. — 3. mundus hic totus, quod domicilium quamque patriam di nobis communem secum dederunt; rep I 19. dat iste viros optimos recuperatores; Ver III 54.

doceo, lehren, belehren, unterrichten, unterweisen, zeigen, dartun, nachweisen, aufführen: I. 1, a. erat in homine summum vel discendi studium vel docendi; rep II 1. Molonem instituendo docendoque prudentissimum; Bru 316. quoniam docendi causa a gaudio laetitiam distinguimus; Tusc IV 66. — b. „dignitatem docere non habet“. certe, si quasi in ludo; orat 144. docere debitum est, delectare honorarium, permovere necessarium; opt gen 3. — 2. qui (Apollonius) cum mercede doceret; de or I 126. ut modo doceri, veri a falso distinctio traditur; fin I 64. hoc nunc magis animum adverto, quod Tyrannio docet apud me; Q fr II 4, 2. — II. 1. doce, quam pecuniam Cluentius dederit; Cluent 124. primum (nostri) docent esse deos, deinde quales sint; nat II 3. — 2. canere ipse (Aristoxenus) doceat; Tusc I 41. — 3. nisi vetustas ea certa esse docuisset; leg II 33. f. I. ea sumenda docebat; Ac I 36. at sectabantur multi. doce mercede; concedam esse crimen; Muren 70. — III. cum aut docendus is est aut dedocendus; de or II 72. cum causam docuisset; of II 82. civitates quaedam universae more doctae parsimonia delectantur; Tusc V 99. cum Thyesten fabulam docuisset; Bru 78. mihi videris Latine docere philosophiam; fin III 40. — IV, 1. nihil de dividendo ac partiendo (Epicurus) docet; fin I 22. — 2. quae (litterae) me docerent, quid ageres; ep III 6, 5. — 3. haec (philosophia) una nos cum ceteras res omnes, tum docuit, ut nosmet ipsos nosceremus; leg I 58. — 4. docemur auctoritate nutuque legum domitas habere libidines; de or I 194. qui te tanta mercede nihil sapere doceat; Phil II 8. — 5. docuit nos idem, qui cetera, natura effectum esse mundum; nat I 53. — 6. ut ea, quae scimus, alios docere possimus; nat II 148. f. 5. causam Sthenii totam et istius crudelitatem et iniquitatem senatum docent; Ver II 95. res: f. 3.

dochmius, dochmischer Versfuß: dochmius e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc: „amicos tenes“, quovis loco aptus est, dum semel ponatur; orat 218.

docilis, gelehrig: o medicum suavem meque docilem ad hanc disciplinam! ep VII 20, 3. coërcet beluam, et eam docilem; rep II 67. [et] attentum ut principio faciamus iudicem et docilem; de or II 323.

docilitas, Gelehrigkeit: perspecto genere humanae docilitatis; Sest 91.

docte, gelehrt, wohl unterrichtet: (Pythagoram) docte et copiose disseruisse quaedam; Tusc V 8. quicum haec familiariter docteque rideam; ep XII 18, 2.

doctor, Lehrer: I. 1. eius (Xenocratis) doctor Plato triplicem finxit animum; Tusc I 20. intellegit: f. II, 1. quae Graeci dicendi artifices et doctores reliquerunt; de or I 23. — 2. iudicem esse me, non doctorem volo; orat 117. — II. 1. hoc doctoris intellegentis est videre, quo . .; Bru 204. — 2. cum ab iis doctoribus, quibus ille uteretur, erudiremur; de or II 2. — III. cum ad cuiusque naturam institutio doctoris accommodaretur; de or III 35. — IV. ab: f. II, 2.

doctrina, Unterricht, Unterweisung, Gelehrsamkeit, Wissenschaft: I. accessit istuc doctrina non moderata nec mitis, sed paulo asperior et durior; Muren 60. disertis elegans doctrina defuit; orat 13. unam quandam omnium rerum fuisse doctrinam; de or III 140. in his fere rebus omnis istorum artificum doctrina versatur; de or I 145. — II, 1. Pericles primus adhibuit doctrinam; Bru 44. ‖ si ‖ usus doctrinam confirmet; de or III 88. omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri; de or III 21. quibus (artibus) liberales doctrinae atque ingenuae continerentur; de or III 127. (Aristoteles) ornavit et inlustravit doctrinam illam omnem; de or III 141. quod ab aliis rerum, ab aliis verborum doctrina

quaeritur; orat 17. — 2. ut ad eam doctrinam adiungeretur usus frequens; de or I 15. qui in harum artium liberalissimis studiis sint doctrinisque versati; de or I 11. — III. noli prae te ferre vos plane expertes esse doctrinae; nat II 47. — IV. mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur; de or III 21. illas omnium doctrinarum inventrices Athenas; de or I 13. multi in exsilio dolorem suum doctrinae studiis levarunt; fin V 53. — V, 1. si essent Graecis doctrinis eruditi; Ac I 4. quae bona sint, fieri meliora posse doctrina; de or I 115. sit modo is, qui dicet aut scribet, institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili; de or III 125. qui natura doctrinaque longe ad virtutem processissent; fin IV 21. illa sunt non aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum usu causisque tractata; de or I 208. — 2. ingenuit (natura) sine doctrina notitias parvas rerum maximarum; fin V 59.

doctus, unterrichtet, gelehrt, gebildet, klug: A. hoc loco primum videtur insitiva quadam disciplina doctior facta esse civitas; rep II 34. homo doctissimus atque humanissimus; Ver IV 98. et mediocriter doctos magnos in re publica viros et doctissimos homines non nimis in re publica versatos multos commemorare possumus; leg III 14. poëta doctus sapiensque (Simonides) traditur; nat I 60. ut vir doctissimus fecit Plato; leg II 14. f. homo. — B, I. quae nec indocti intellegere possent nec docti legere curarent; Ac I 4. sic omnibus bonis et doctis esse faciendum; Tusc I 73. — II. ita et doctis eloquentia popularis et disertis elegans doctrina defuit; orat 13. — III. qua de re cum sit inter doctissimos summa dissensio; fin I 11. — IV. neque se ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle; de or II 25. haec ut et properans et apud doctos et semidoctus ipse percurro; de or II 178.

documentum, Beweis, Beispiel: I. P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis; Rab Post 27. — II. ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum; Phil XI 5. dederas, quam contemneres populares insanias, documenta maxima; Milo 22.

dodrans, drei Viertel: qui (Q. frater) Argiletani aedificii reliquum dodrantem emit HS DCCCXXV; A I 14, 7.

dodrantarius, um drei Viertel ermäßigt: quod in tabulis dodrantariis et quadrantariis Fontei officium desiderat; Font 2.

dogma, Lehrsatz: I. ut proverbia non nulla veriora sint quam vestra dogmata; fin II 105. — II. omnia meminit Siron Epicuri dogmata; Ac II 106.

dolenter, schmerzlich, mit Trauer: si (casus) dicuntur dolenter; de or II 211. cum dolenter feras; dom 98. qua (miseratione) nos ita dolenter uti solemus, ut . .; orat 131.

doleo, Schmerz empfinden, schmerzen, trauern, unwillig sein, bedauern: I, 1, a. nec (Epicurus) distinguit a non dolendo voluptatem; Tusc III 47. ratio voluptatis non dolendive particeps; fin II 38. — b. aliud est laborare, aliud dolere; Tusc II 35. cum tertium (sit) nec gaudere nec dolere; Tusc III 47. — 2. nec gaudere quemquam nisi propter corpus nec dolere; fin II 98. nihil dolet nisi pes; Tusc II 44. si aut aegrum corpus est aut dolet; fin V 47. pes: f. alqd. sapiensne non doleat, si (patria) deleta sit? Ac II 135. — II, 1. de Atticae febricula scilicet valde dolui; A XII 1, 2. — 2. id ipsum dolendum esse dicebat, quod in tam crudelem necessitatem incidissemus; Tusc III 60. — 3. dolui pacem repudiari; Marcel 14. interitu talis auguris dignitatem nostri conlegii deminutam dolebam; Bru 1. — 4. qui sociorum iniuriis provinciarumque incommodis doleat; Ver III 6. qui dolet rebus alicuius adversis; Tusc III 21. — III. cum esset praesertim, ut ais tu, summa voluptas nihil dolere; fin II 22. istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore; Tusc III 12. neque ea non ulciscenda sunt, etiamsi non sunt dolenda; ep XII 23, 1. f. II, 2. quia meum casum luctumque doluerunt; Sest 145. ut nemo umquam unici filii mortem magis doluerit, Phil IX 12. ut meam vicem doleres, cum me deriderі videres; A VIII 15, 3.

dolium, Faß: num igitur, qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Bru 288.

dolo, bearbeiten, behauen: neque (Coelius) perpolivit illud opus, sed, sicut potuit, dolavit; de or II 54. quis robur illud dolavit? div II 86.

dolor, Schmerz, Betrübnis, Kränkung, Gram, Kummer, Unwille, Ärger: I, 1. si cadit in sapientem animi dolor; Lael 48. qua (oratione) me uti dolor meus coëgit; Sex Rosc 143. maiores esse voluptates et dolores animi quam corporis; fin II 108. cum (Epicurus) hoc ipsum dicit, summum malum esse dolorem; Tusc II 28. nisi iis dolori meus fuisset dolor; ep VII 2, 3. exarsit dolor; Q fr II 3, 2. iniuriae dolor facit me gloriosum; Phil XIV 13. quem naturalis quidam dolor dicentem incendebat; Bru 93. animi voluptates et dolores nasci fatemur e corporis voluptatibus et doloribus; fin I 55. cum remiserant dolores pedum; Bru 130. hic me dolor tangit; Bru 331. — 2. quoniam omne id, quo gaudemus, voluptas est, ut omne, quo offendimur, dolor; fin I 37. — II, 1. (animal) aspernatur dolorem ut malum; fin II 31. augeo commemorando dolorem et facio etiam tibi; A XI 8, 2. minimum dolorem capiet, qui istam non videbit; Cael 33. possumusne nos contemnere dolorem? Tusc II 22. definis tu mihi, non tollis dolorem, cum dicis asperum, contra naturam; Tusc II 30. dedit illi dolorem; A VII 13, 1. facio: f. augeo. nostrum et nostra causa susceptum dolorem modice ferre debemus; Tusc I 111. dolorem ipsum per se esse fugiendum; fin I 31. quia neque lenire videbar oratione neque levare posse dolorem tuum; ep VI 13, 1. levat dolorem communis quasi legis et humanae condicionis recordatio; ep VI 6, 12. f. lenio, sano. mortem aut dolorem metuens; Tusc V 15. maerorem minui, dolorem nec potui nec, si possem, vellem; A XII 28, 2. ceteri dolores mitigantur vetustate; A III 15, 2. cum (Panaetius) ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet; fin IV 23. animi dolores (sapiens) percipiet omnibus partibus maiores quam corporis; fin II 108. quae (consolatio) levare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset; ep V 16, 1. suscipere tantos animi dolores; dom 98. f. fero. quis istum dolorem timet! fin II 93. secundus (liber est) de tolerando dolore div II 2. tollo: f. definio. — 2. cogitatio diuturna nihil esse in re mali dolori medetur, non ipsa diuturnitas; Tusc III 74. non posse me tanto dolori resistere; A XI 15, 2. sum: f. I, 1. est; ep VII 2, 3. — 3. summam voluptatem esse dolore carere Tusc III 47. quo dolore esse debeo? A IV 6, 2 (di) dolore vacant; nat I 114. — 4. quae Theophrastus de fortuna, de dolore, de cruciatu corporis dixit fin V 77. nascor e: f. I, 1. nascuntur. quoniam miseriam omnem in dolore (ponitis); fin II 86. in his (doloribus) est summum malum; Tusc II 1[illegible] — III, 1. quia dolori non voluptas contraria est sed doloris privatio; fin II 28. — 2. quodsi vita doloribus referta maxime fugienda est; fin I 41. — 3. mihi exire domo mea ad privatum dolorem fuit luctuosum; har resp 49. animi adfectio in labore ac dolore patiens; Tusc V 41. — IV, 1. brevitas: f. magnitudo. in qua (fortitudine) est mortis doloris que magna contemptio; rep V 9. cuius (doloris) magnitudinem brevitate consolatur, longinquitatem levitate; Tusc V 88. nulla admiscetur opin

officiosi doloris; Tusc III 70. ut haec patientia dolorum in omni genere se aequabilem praebeat; Tusc II 65. consuetudo laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem; Tusc II 35. privatio: f. III 1. ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur; Ver V 118. qui vacuitatem doloris finem bonorum esse voluerunt; fin III 2. — 2. sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quae . .; A XII 38, a, 1 (38, 3). ego tantam vim non tribuo sapientiae contra dolorem; Tusc II 18. — V, 1. cum (sapiens) summis doloribus conficiatur; fin V 80. illa suspicio intolerabili dolore cruciat; Tusc I 111. alii dolore moventur, alii cupiditate; fin V 29. quamquam (L. Caesar) erat oppressus totius corporis doloribus; ep IX 14, 3. qui bona voluptate terminaverit, mala dolore; of III 117. — 2. ne omnia cum dolore agere videamur; Ver II 52. ea ex animi mei sensu ac dolore pronuntio; Sex Rosc 129. quem (librum) in medio maerore et dolore conscripsimus; Tusc IV 63. non possum prae fletu et dolore diutius in hoc loco commorari; A XI 7, 6. quae videre sine summo animi dolore non poterat; Cluent 16.

dolose, betrügerisch: cum dicitur INTER BONOS BENE AGIER, quicquam agi dolose aut malitiose potest? of III 61.

dolosus, arglistig: Ptolomaeus dolosis consiliis Romam venit; Rab Post 4.

dolus, List, Arglist, Täuschung, Betrug: I, 1. in vi dolus malus inest; Tul 29. — 2. si dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur; Top. 40. — II. dolus malus in simulatione, ut ait Aquilius, continetur; of III 61. iste dolus malus legibus erat vindicatus; of III 61. — III, 1. quas (res) eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret; A I 1, 3. — 2 id sine dolo malo factum indicabitur; Tul 32.

domesticus, zum Hause, zur Familie gehörig, häuslich, eigen, einheimisch, innerlich, Hausgenosse: A. de Ocella cepi consilium domesticum; A XVI 12. qua consuetudine domestica sit; inv I 35. nisi (orator) domesticis se instruxerit copiis; de or II 38. quae non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam rem publicam pertinent; Catil I 14. quamquam domesticis te finibus tenes; A VII 12, 6. sunt domesticae fortitudines non inferiores militaribus; of I 78. impetus domesticorum hostium; Catil III 28. in imperiis domesticis; inv II 140. ut ego urbem a domesticis insidiis et ab intestino scelere (defenderem); ep V 2. 1. neque rebus externis magis laudandus quam institutis domesticis; Phil II 69. maximis rebus forensibus nostris [et externis] inclusae et domesticae litterae respondebunt; orat 148. malum civile ac domesticum; Catil IV 15. quo more domestico vivat; inv II 29. commisi, ut mea vox in domesticis periculis potissimum occideret; Q fr I 3, 2. religionem domesticam requirebant; Ver IV 93. unde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium; fin I 10. quae est domestica sede iucundior? ep IV 8, 2. turpitudo: f. difficultas. est condicio melior externae victoriae quam domesticae; Catil IV 22. facile patior non esse nos transmarinis nec importatis artibus eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus; rep II 29. — B, a. in rebus ab intimis ac domesticis Pompei clam exulceratis; ep I 1, 4. — b. et domestica feremus et publica; ep V 13, 4.

domicilium, Wohnung, Wohnsitz: I. cui verbo („fideliter") domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multae; ep XVI 17, 1. domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum; de or III 43. — II, 1. qui suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius conlocarant; Piso 76. nos domicilia, sedesque populi Romani defendimus; Phil VIII 8. qui hoc universum rei publicae domicilium delere conati sunt; Catil IV 12. nulla alia in civitate ullum domicilium libertas habet; rep. I 47. — 2. coloni Capuae in domicilio superbiae conlocati; agr II 97. Atheniensium plus interfuit firma tecta in domiciliis habere; Bru 257. posse animos in caelum quasi in domicilium suum pervenire; Tusc I 24. — III. in hoc domicilio imperii et gloriae; de or I 105.

domina, Herrin, Gebieterin: I. haec una virtus omnium est domina et regina virtutum; of III 28. — II. cum servi ad dominam rem detulissent; Cael 62.

dominatio, Herrschaft, Alleinherrschaft: I. sin te potentia mea, si dominatio movet; Sulla 25. — II, 1. tulit haec civitas regiam istam vestram dominationem in iudiciis; Ver V 175. dominatio quaesita ab utroque est; A VIII 11, 2. — 2. et a regum et a patrum dominatione solere in libertatem rem populi vindicari; rep I 48. — III. animi morbi sunt cupiditates immensae gloriae, dominationis; fin I 59. te socium fore dominationis Antonii; Phil VIII 12.

dominator, Beherrscher: illum et Iovem et dominatorem rerum (invocant); nat II 4.

dominatrix, Beherrscherin: caeca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur; inv I 2.

dominatus, Herrschaft, Beherrschung, Alleinherrschaft: I. terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus; nat II 152. — II, 1. fit in dominatu servitus, in servitute dominatus; Deiot 30. — index quantum habet dominatum! par 40. — 2. dominatu regio re publica liberata; Tusc IV 1. — qui locus hoc dominatu vacat? ep IV 8, 2. — 3. in superbissimo dominatu fuit; Rab. Post 39. — III, 1. cum dominatu unius omnia tenerentur; of II 2. — 2. in: f. II, 1. facio.

dominium, Besitz: huius argento dominia vestra ornari; Ver III 9.

dominor, herrschen, den Herrn spielen: sese in iudiciis diutius dominari non posse; div Caec 24. quod in hoc oratore dominabitur ‖ acutae crebraeque sententiae in hoc oratore dominabuntur ‖; orat 79. dominans ille in nobis deus; Tusc I 74. quae dominatur in civitate potentia; Caecin 71. si (senectus) usque ad ultimum spiritum dominatur in suos; Cato 38. sententiae: f. alqd. voluptate dominante; fin II 117.

dominus, Herr, Gebieter, Hausherr, Eigentümer, Besitzer, Veranstalter: I, 1. cum ipse epuli dominus, Q Arrius, albatus esset; Vatin 31. domini servos ita fatigant, ut . .; rep III 37. dominus funeris (ut) utatur accenso atque lictoribus; leg II 61. — 2. qui rei dominus futurus est; de or II 72. si senatus dominus sit publici consilii; leg III 28. — II, 1. nec domo dominus, sed domino domus honestanda est; of I 139. nobis dominum cur imponebat? Phil XIII 17. — 2. ut hoc populorum intersit, utrum comi domino an aspero serviant; rep I 50. domus erat non domino magis ornamento quam civitati; Ver IV 5. — III. semper boni adsiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est; Cato 56. illam (ancillam) domini iussu dixisse; de or II 276. — qui se populi Romani victoris dominique omnium gentium patronum dicere auderet; Phil VI 12. is qui domini voluntate census sit; de or I 183. — VI. honestari: f. II, 1. honesto.

domitor, Bändiger, Bezwinger: I. ut domitores equorum non verba solum adhibent ad domandum; fr F V 85. Miltiadem, victorem domitoremque Persarum vitam in civium vinclis profudisse; rep I 5. — II. ut odisset domitorem armorum suorum; Milo 35.

domitus, Zähmung: efficimus etiam domitu nostro quadripedum vectiones; nat II 151.

domo, zähmen, bändigen, bezwingen: ut utamur (beluis) domitis et condocefactis; nat II 161. domitis iam gentibus finitimis; prov 5. docemur domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates; de or I 194.

domus (domui: f. V, 2, b. domu: f. II, 1. expilo. V, 2, f), Haus, Wohnung, Hauswesen, Familie, Heimat: I. 1. cum me domus eadem accepisset, quae proximo anno maerens receperat et defenderat; Sest 131. quid est sanctius, quid omni religione munitius quam domus unius cuiusque civium? Ver IV 109. cuius domus cunctae Graeciae patuit; Bru 32. f. II, 1. claudo. recipit: f. accipit. domus te nostra tota salutat; A IV 12. tota domus vacat superior; A XII 10. — 2. quae (domus nostra) non ea est, quam parietes nostri cingunt, sed mundus hic totus; rep I 19. — II, 1. se publicis operis disturbaturum publice ex senatus sententia aedificatam domum; Phil I 12. cingo. f. I, 2. mea domus tibi patet, mihi clausa est; Sex Rosc 145. cum bene completa domus est tempore matutino; A I 18, 1. si (Cicero) domum conduceret; A XII 32. 3 (2). cum meam domum cum Flacci domo coniungebat; dom 102. cum deploraret domum incensam, eversam; Sest 121. disturbo: f. aedifico. everto: f. deploro. domu ‖ domo ‖ sua tota expilata; Ver V 128. domum meam maioribus praesidiis munivi atque firmavi; Catil I 10. nec domo dominus, sed domino domus honestanda est; of I 139. incendo: f. deploro. domum meam iudicio pontificum religione liberatam videri; har resp 13. munio: f. firmo. domus est oppugnata ferro; Sest 85. Italiam ornare quam domum suam (L. Mummius) maluit; of II 76. sibi relinquendas domos ac sedes suas esse; Ver II 157. — 2. coniungo cum: f. 1. coniungo. a domo tua Chelidonem excludere noluisti; Ver V 38. (consobrini, sobrini) in alias domos tamquam in colonias exeunt; of I 54. inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ac divina domo, sed etiam rectorem; nat II 90. Antiocho id magis licuerit, remigrare in domum veterem e nova quam nobis in novam e vetere? Ac I 13. — III. fuit proprium populi Romani longe a domo bellare; imp Pomp 32. — IV. concursus fiunt ex agris, ex vicis, ex domibus omnibus; A V 16, 3. ponite ante oculos inruptionem armatorum in Trebonii domum; Phil XI 7. — V, 1. honestari; f. II, 1. honesto. domo me tenui; dom 6. 2, a. alter ille horridus (consul) consulto se domi continebat; Sest 26. huius domi inter quasilla pendebatur aurum; Phil III 10. nonne mavis sine periculo tuae domi esse quam cum periculo alienae? ep IV 7, 4. cuius domi (haec) nascuntur; ep IX 3, 2. P. Clodium cum veste muliebri deprehensum domi C. Caesaris; A I 12, 3. domi ‖ domui ‖ vestrae estis et eritis omnes boni; A VIII 2, 3. f. 3. extra. — b. qualis animus in corpore sit tamquam alienae domui; Tusc I 51. esse domui suae cum uxore; of III 99. f. a. A VIII 2, 3. — c. quia domum properant; A XIII 26, 2. cum ad me domum venisses; ep XIII 7, 1. domum meam ventitaras; Phil II 3. Rhodiorum classi propinquum reditum ac domum itionem dari; div I 68. — d. cum omnes fere domos omnium concursent; Muren 44. — e. exeuntem illum domo; Tusc III 31. quas (artes) cum domo haurire non posses; Bru 332. — f. quotiens te pater eius domu sua eiecit! Phil II 45. — 3. ex qua domo recitatur vobis auctoritas; Cael 55. hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum; Q fr II 12, 3. in domo clari hominis adhibenda est cura laxitatis; of I 139.

donatio, Schenkung: I, 1. ut ea donatio fieret in theatro; opt gen 19. — qui umquam tenuissime in donationem histrionum aestimavit; Ver IV 35. — II. post hanc civitatis donationem; Balb 48.

donec, bis; donec vicinum eius modi nactus est; Tul 14. illud in eadem causa est, a quo abesse velis, donec evaseris; fin IV 65.

dono, schenken, verleihen, beschenken: ut (Demosthenes) corona aurea donaretur eaque donatio fieret in theatro; opt gen 19. quod eum Pompeius civitate donavit; Balb 7. (haec) inseri et donari ab arte non possunt; de or I 114. consulibus aerarium, provinciae, legiones, imperia donabantur; sen 18. mihi populus non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque donavit; Piso 7. quos (homines mens divina) bona ratione donavit; nat III 70. imperia, al. f. aerarium, aeternitatem. tu, tuas inimicitias ut rei publicae donares, te vicisti; ep V 4, 2. L. Papirius Paetus, amator noster, mihi libros eos donavit; A I 20, 7. cum ipsi (praecones) ante ludorum missionem corona donentur; ep V 12, 8.

donum, Gabe, Geschenk, Weihgeschenk: I. omnia sunt illa dona naturae; de or I 114. divinissima dona aves et formae ab uno pictore uno absolutae die; leg II 45. — II, 1. non intermittebas quasi donum aliquod cotidie adferre rei publicae; Phil I 32. si id donum a deo, non a nobis haberemus; nat III 87. — 2. cuius (Iunonis) duo fana iste omnibus donis ornamentisque nudavit; Ver V 184. — III. Xerxes refertus omnibus praemiis donisque fortunae; Tusc V 20. — IV. quo die (M. Cincius) legem de donis et muneribus tulit; de or II 286.

dormio, schlafen, schlummern: postquam illos artius iam ex lassitudine dormire sensit; inv II 14. Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent; div I 78. (Antonius) dormiit ad horam III; A X 13, 1. an natura fieri, ut mobiliter animus agitatus, quod vigilans viderit, dormiens videre videatur; div II 129. dormienti in maximo rei publicae motu consuli; Piso 10. eas (virtutes) excita, si forte dormiunt; Tusc III 36.

dormito schlafen: cenato mihi et iam dormitanti; A II 16, 1.

doryphorus, Lanzenträger: I. ut Polycliti doryphorum sibi Lysippus aiebat (magistrum fuisse); Bru 296. — II. nec doryphori statua deterriti; orat 5.

dos, Mitgift, Heiratsgut: I. est; f. II. dico. — II. Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiae filiarum dotes credidisse (dicitur); leg II 41. quaecumque sine hoc auctore est dicta dos, nulla est; Flac 86. — III. (Quintus) satis torquetur debitione dotis. A XIV 13, 5. — IV. verborum eam (artem) dote locupletasti et ornasti; de or I 234.

dotalis, zum Heiratsgut gehörig: exquiram de mercedibus dotalium praediorum; A XV 20, 4.

doto, aussteuern, ausstatten: quo introducatur dotata Aquilia; A XIV 13, 5.

drachma, Drachme: quod scribis ad me de drachmum CCCIↃↃↃ; ep II 17, 4.

draco, Drache: I. Alexandro draco loqui visus est; div II 141. — II. cur de dracone silet, qui lapideus dicitur factus? div II 65.

dubie, zweifelhaft, ungewiß: signum dubie datum; div I 124. etsi non dubie mihi nuntiabatur Parthos transisse Euphratem; ep XV 1, 1.

dubitanter, zweifelnd, zögernd: dubitanter unum quidque dicemus; inv II 10. de me non dubitanter (dixit), quin omnia de meo consilio fecissetis; ep XII 3, 2. illum verecunde et dubitanter recepisse; Bru 87.

dubitatio, Zweifel, Bedenken, Bedenklichkeit: I. dubitatio damnationis quae poterat esse? Ver III 70. deinde dubitatio, tum distributio; de or III 203. — II, 1. quorum exspectatio dubitationem belli adfert; Phil V 31. de quo alterum potest habere dubitationem, adhibendumne fuerit an omittendum; of III 9. praecisa mihi est dubitatio; de or II 28. nulla dubitatio relinquetur, quin honore mortui, quam vivo iniuriam fecimus, sarciamus. Phil IX 8. ut (Caesar) mihi dubitationem omnem tolleret; A XII 6, a, 2 (6, 4). — 2. cuius virtus dubitationi locum non daret; Balb 16. — 3. quod

itinerum meorum ratio te non nullam in dubitationem videtur adducere; ep III 5, 3. — III. cum animi sine ulla dubitatione sanentur; Tusc III 5.

dubito, zweifeln, schwanken, unentschlossen sein, Bedenken tragen, zögern, bezweifeln: I. ille haud dubitans cessisset patria; Milo 68. dubitans, circumspectans nostra vehitur ratio; Tusc I 73. — II, 1. qui potes de damnatione dubitare? Ver V 74. — 2. utrum difficilius esset negare an efficere id, diu multumque dubitavi; orat 1. dubitabitis etiam, cui ista tanta praeda quaesita sit? Ver III 111. s. 3. — 3. hi dubitant de mundo, casune sit effectus an ratione? nat II 88. — 4. utrum de his potius, dubitasset aliquis, quin alterum, nemo; Bru 189. dubitas, quin sensus in morte nullus sit? Tusc I 92. non dubito, quin ad te statim veniam; A VIII 11, B, 3. — 5. de Hispaniis non dubitabat, quin Caesaris essent; A X 4, 8. — 6. si in eos non dubitamus officia conferre; of I 48. qui poscere pecuniam non dubitarit; Ver I 127. — 7. nemo dubitat Academicum praelatum iri; Ac fr 20 (Z. 34). — 8. nihil est, de quo minus dubitari possit, quam honesta expetenda esse; fin III 38. — III. conclusio rationis ea probanda est, in qua ex rebus non dubiis id, quod dubitatur, efficitur; div II 103. res minime dubitanda; Cael 55. — IV, 1. quid est, quod de eius civitate dubitetis? Arch 10. quid de Codro dubitare possumus? nat III 49. — 2. non solum id homines solere dubitare, honestumne an turpe sit; of I 161. — 3. illud quis est qui dubitet, quin suscipienda accusatio fuerit? Cluent 48. illud cave dubites, quin ego omnia faciam, quae . .; ep V 20, 6. — 4. illud quis est qui dubitare debeat, contra damnatum pro incolumi dicere? Cluent 10.

dubius, zweifelhaft, schwankend, unsicher, unentschieden, bedenklich: A. dubiumne est, ad quem maleficium pertineat? Sex Rosc 152. quando dubium fuisset apud patres nostros, eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret aut Crassum? Bru 189. nemini dubium est, quin ea re plurimum possit; imp Pomp 43. ex quo postulabimus nobis illud, quod dubium sit, concedi, dubium esse id ipsum non oportebit; inv I 53. in quibusdam causis dubiis; of III 56. quasi res dubia aut obscura sit; div Caec 14. mihi non dubiam spem mei conveniendi adferebas; ep III 6, 4. — B, I. 1. utrum perspicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur? fin IV 67. — 2. alii capti, alii interclusi non veniunt in dubium de voluntate; A XI 15, 2. quae qualia sint, vocatur in dubium; part or 42. — II. 1. tolli: s. I, 1. — 2. tristis res est sine dubio; Tusc II 18.

ducenti, zweihundert: regiis quadraginta annis et ducentis; rep II 52. hominem ducentis confixum senati consultis; har resp 8. dum ne propius urbem Romam cc milia admoveret; Phil VI 5.

ducentiens, zweihundertmal, zwanzig Millionen: testis non invenitur in ducentiens et triciens sestertio! Font 4. amplius sestertium ducentiens acceptum hereditatibus rettuli; Phil II 40.

duco, ziehen, verziehen, zubringen, hinbringen, hinschleppen, ableiten, herleiten, führen, leiten, anführen, bestimmen, verleiten, abführen, heimführen, meinen, halten, rechnen, berechnen, schätzen: I. se ducturos et dicendo et excusando facile ad ludos Victoriae; Ver pr 31. cohortes ex Piceno Lentulo et Thermo ducentibus cum Domitii exercitu coniunctas esse; A VII 23, 1. hic alio res familiaris, alio ducit humanitas; of III 89. — II, 1. id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur? Q Rosc 6. — 2. optimum vectigal duco esse parsimoniam; rep IV 7. quae ne tu quidem umquam timenda duxisti; ep I 6, 2. — III. sunt multa, quae nos cum dignitate tum [quoque] fructu suo ducunt; quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia; inv II 166. quo me non cupiditas ducit, sed fides; Sex Rosc 83. eos ad supplicium duci; Ver V 66. per triumphum, credo, quem ante currum tuum duceres; Ver V 67. an vos in errorem ducere velit; Font 2. ad quem metum si deorum monitis non duceremur; har resp 54. si e vectoribus sorte ductus ad gubernacula accesserit; rep I 51. istud nimium diu duci; A XII 5, a (5, 2). quae spiritu in pulmones anima ducitur; nat II 138. M. Taurum de aqua per fundum eius ducenda rogabo; Q fr III 1, 4. ex coniunctis sic argumenta ducuntur; de or II 167. dico me centesimas ducturum; A VI 1, 16. cohortes: vgl. I. A VII 23, 1. ea comitia puto fore ut ducantur; A IV 15, 7. hac controversia usque ad noctem ducta; ep I 2, 3. qui (rex) maximas copias duxit ad Troiam; Tusc I 98. quid olim mali C. Iulius fecerit, cum dieculam duxerit; A V 21, 13. contra patriam exercitum ducere; Phil XIII 14. a lege ducendum est iuris exordium; leg I 19. ut (Salaminii) faenus quaternis centesimis ducant; A VI 2, 9. accedit etiam, quod (Trebatius) familiam ducit in iure civili singulari memoria, summa scientia; ep VII 5, 3. cum funus quoddam duceretur; de or II 283. cuius (belli) initium ducetur a fame; A IX, 9, 2. quoniam xc medimnum duximus; Ver III 116. amare, e quo nomen ductum amicitiae est; fin II 78. quoniam a quattuor fontibus honestatis primo libro officia duximus; of III 96. quo (vultu) dicuntur os ducere; orat 86. salutis meae rationem ducere; ep VII 3, 1. ut res ita duceretur, ut . .; Ver pr 26. aut ex reo aut ex adversario sententias duci licebit; de or II 321. ille sermo ductus est || ducitur || e percontatione filii; Bru 218. qui in matrimonium sororem eius antea duxisset; Cluent 190. quae (sortes) ducuntur; div II 70. si spiritum ducit, vivit; inv I 86. a ponte Mulvio Tiberim duci secundum montes Vaticanos; A XIII 33, a, 1 (33, 4). — IV, 1. quod (honestum) solum in bonis ducitur; fin III 21. ipsi in hostium loco numeroque ducimini; Ver V 125. — 2. vir infra se omnia humana ducens; fin III 29. — 3. an Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere? Tusc V 90. — 4. omnia pericula parvi esse ducenda; Arch 14. — 5. si quis despicatui ducitur; Flac 65. — 6. alqd — timendum: vgl. II, 2. ep I 6, 2. cognitionem rerum aut occultarum aut admirabilium ad beate vivendum necessariam ducimus; of I 13. venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem; of I 130. matrem illam Bostaris duxit uxorem; Scaur 12. quae (pars) in nobis divina ducenda est; fin V 57. venustatem: s. dignitatem.

ductor, Heerführer: quotiens non modo ductores nostri, sed universi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt! Tusc I 89.

ductus, Zug, Führung, Leitung: I. qui ductus oris, qui vultus in quoque sit; fin V 47. — II, 1. cuius (urbis) is est tractus ductusque muri regum sapientia definitus; rep II 11. aquae ductus a patre sumitur; Caecin 74. — 2. si omnes vires civitatis se ad Pompei ductum applicaverunt; ep III 11, 4. — III. rem optime ductu suo gerere; imp Pomp 61.

dudum, lange, schon vorher: dudum circumrodo, quod devorandum est; A IV 5, 1. ut dudum diximus; fin III 52. quam dudum nihil habeo, quod ad te scribam! scribo tamen; A XIV 12, 3. cum vix, ut dudum ad Demosthenem, sic nunc ad Antonium pervenimus; Bru 138. quae dudum ad me et quae etiam ad meos, id *est* ad Tulliam de me scripsisti; A XI 24, 1. vocat me alio iam dudum tacita vestra exspectatio; Cluent 63.

duellum, Krieg: I. ut „duellum" bellum; orat 153. — II. iam aes atque ferrum duelli instrumenta, non fani; leg II 45.

duis, zweimal: ut „duis" bis; orat 153.

dulcedo, Süßigkeit, Annehmlichkeit: I. si apud te plus auctoritas mea quam quaedam dulcedo iracundiae (valuisset); Q fr I 2, 7. — II. quia dulcedine hac et scabie carent; leg I 47. — III. nostri illi fortes viri dulcedine quadam gloriae commoti; Arch 24. hac dulcedine corruptelaque depravati (mores); leg II 38.

dulcesco, süß werden: quae (uva) maturata dulcescit; Cato 53.

dulciculus, lieblich süß: dulciculae potionis aliquid videamus et cibi; Tusc III 46.

dulcis, süß, lieblich, angenehm, freundlich, gefällig, liebenswürdig, süßlich: A. quis Theophrasto dulcior? Bru 121. fons aquae dulcis; Ver IV 118. eam (epistulam) fuisse dulcissimam; A XV 13, 4. nec locus tibi ullus dulcior esse debet patria; ep IV 9, 3. etsi (mel) dulcissimum est; fin III 34. quae (res) dulcem motum adferant sensibus; fin II 10. o nomen dulce libertatis! Ver V 163. ut suavitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque decoctam; de or III 103. — B. sentit (animal) et dulcia et amara; nat III 32.

dulciter, angenehm, lieblich: qua (voluptate) sensus dulciter ac iucunde movetur; fin II 18. historia quaedam Graeca scripta dulcissime; Bru 77.

dulcitudo, Süßigkeit: I. et „murmur" maris et „dulcitudo" || dulcedo || orationis sunt ducta a ceteris sensibus; de or III 161. — II. qui (gustatus) dulcitudine praeter ceteros sensus commovetur; de or III 99.

populariter, volkstümlich, gemeinverständlich, volksfreundlich, aufrührerisch: me populariter agere; Ver I 151. praeter contiones populariter concitatas; Cluent 93. contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit; Bru 164. homines populariter annum tantum modo solis reditu metiuntur; rep VI 24. unum (genus librorum) populariter scriptum, quod ἐξωτερικόν appellabant, alterum limatius; fin V 12.

populor, verwüsten, plündern: qui (Siculi) nunc populati atque vexati cuncti ad me publice saepe venerunt, ut . .; div Caec 2. qui noctu populabatur agros; of I 33. populatae, vexatae, funditus eversae provinciae solacium exitii quaerunt; div Caec 7.

populus, Volk, Gemeinde, Staat, Völkerschaft, Volkspartei, Demokratie: I. absolut: 1. ut plusculum sibi iuris populus asciceret liberatus a regibus; rep II 57. quod (foedus) populus Romanus sententiis suis comprobat; Balb 35. mortuo rege Pompilius Tullum Hostilium populus regem interrege rogante comitiis curiatis creavit; rep II 31. populus Romanus consuli Crasso bellum gerendum dedit; Phil XI 18. omnes honores populus Romanus mihi ipsi detulit; Piso 2. videtis populum ipsum iam non esse popularem; Sest 114. nolo eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum; rep IV 7. me cum quaestorem in primis, aedilem priorem, praetorem primum cunctis suffragiis populus Romanus faciebat; Piso 2. de quo foedere populus Romanus sententiam non tulit; Balb 34. a nobis multos obsides habet populus Romanus; div Caec 72. quamquam populus curiatis eum comitiis regem esse iusserat; rep II 25. populus Romanus iudicabit de eo homine; Ver V 178. quod populus sacerdotia mandare non poterat; agr II 18. si populus plurimum potest, dicitur illa libertas, est vero licentia; rep III 23. quem liberi populi, quem stipendiarii omni cruciatu dignissimum putent; Piso 98. sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus plebesve sanxit; Balb 33. ut aequo animo populus Romanus visurus sit nostri honoris insignia; Phil VIII 33. ut populus Romanus suam maiestatem esse salvam velit; Balb 37. — 2. populum Romanum esse putas illum? dom 89. cum nec (esset) consensus ac societas coetus, quod est populus; rep III 43. — 3. o nationes, urbes, populi testes Cn. Pompei religionis in pace! Balb 13.

II. nach Verben: 1. appellavi populum tributim; Planc 24. qui nulla iam largitione populum Romanum concitare possunt; Sest 104. cum ille servorum eludentium multitudini populum Romanum vinctum

ipso consessu et constrictum spectaculis atque impeditum turba et angustiis tradidisset; har resp 22. Tarquinio sepulto populum de se ipse consuluit; rep II 38. ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant; Balb 21. quem tu populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras, cui populo duces Lentidios, Sergios praefeceras; dom 89. impedio: f. constringo. libero: f. I. 1. asciscit. qui (rex) exercitu populi Romani populum ipsum Romanum oppressisset; of III 84. tum vero isto bello non recreatus neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Romanus est; Sex Rosc 137. ut lege eadem is populus teneretur; Balb 20. trado: f. constringo. quae (virtus) etiam populos universos tueri eisque optime consulere soleat; Lael 50. vincio f. constringo. — 2. regnum illud populi Romani esse factum; agr I 1. populi grati est praemiis adficere bene meritos de re publica cives; Milo 82. quaestor navem populi vocat; inv II 98. — 3. neque se populo solum, sed etiam senatui commisit; Milo 61. consulo: f. 1. tueor. in quo populo potestas honeste bonis gratificandi datur; leg III 39. nullus (est) rex, qui bellum populo Romano facere possit; Catil II 11. si senatui, si populo Romano non licebit propositis praemiis elicere ex civitatibus sociorum atque amicorum fortissimum atque optimum quemque ad subeunda pro salute nostra pericula; Balb 22. si qui agros populo Romano pollicentur; agr II 10. praeficio: f. 1. frequento. ut magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus; leg III 2. illud, quod populo non probatur, ne intellegenti quidem auditori probari potest; Bru 199. probatum illum esse populo Romano; Phil I 37. quae (legio) praesidio consulibus, senatui populoque Romano reique publicae esset; Phil V 52. Q. Metellum Pium populo Romano supplicasse; Planc 69. — 4. cum adiutore populo, quo utebamur antea, nunc minime nos uti posse videamus; Tusc II 4 (3). — 5. iudicabit Alexandriam regis esse, a populo Romano abiudicabit; agr II 43. quod a populo Romano accepisset; Ver III 171. apud populum haec et per populum agi convenire; inv II 134. Iove fulgente cum populo agi nefas esse; Vatin 20. nihil omnino umquam de isto foedere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico; Balb 33. videmus universi repente examina tanta servorum immissa in populum Romanum saeptum atque inclusum; har resp 25. omnes potestates, imperia, curationes ab universo populo Romano proficisci convenit; agr II 17. ut et potestatis satis in magistratibus et auctoritatis in principum consilio et libertatis in populo sit; rep II 57.

III. **nach Adjectiven**: 1. populi Romani est propria libertas; Phil VI 19. — 2. obicitur contra istorum impetus Macedonia, fidelis et amica populo Romano provincia; Font 44. optimorum civium salutem populo Romano caram esse universo; Sest 125. grata erat (lex) populo; Sest 103. qui pro me patres conscriptos populo supplices esse vetarent; dom 113. — 3. qui hoc dignum populo Romano arbitraretur; Ver II 86. — 4. hoc triplex rerum publicarum genus videtur mihi commune nobis cum illis populis fuisse; rep II 42.

IV. **nach Substantiven**: 1. (Deiotarus) fidem secutus amicitiamque populi Romani; div II 78. a praetore populi Romani eiectum socium populi Romani atque amicum; Ver IV 68. omnes, in Gallia qui sunt socii populi Romani atque amici; Font 32. populi Romani auctoritatem improbari; imp Pomp 63. qui beneficio populi Romani fasces et secures haberet; Ver V 163. nec in hac dissensione suscepi populi causam, sed bonorum; rep IV 8. praefuisse classi populi Romani Siculum; Ver V 131. qui ante sequi populi consensum solebant; Phil I 37. cui (classi) consul populi Romani praepositus esset; imp Pomp 33. dignitas populi Romani violabatur; agr I 2. omitto epulum populi Romani; Vatin 31. error et temeritas populorum (rem) a multitudine ad paucos transtulit; rep I 52. quae est spes, qui imperatorem populi Romani exercitumque oppugnant, iis pacem cum populo Romano esse posse? Phil VII 22. f. II, 1. opprimo. cum virgo Vestalis populi Romani fidem imploret; Font 46. f. amicitia. qui sanguinem pro vita, libertate, fortunis populi Romani profudissent; Phil XIV 38. est fragilis ea fortuna populi; rep II 50. honoribus populi Romani mihi tributis; har resp 61. populi Romani hostis privati hominis custodiis adservabitur? Ver V 77. imperator: f. exercitus. qua fines imperii populi Romani sunt; Milo 98. Servius Tullius primus iniussu populi regnavisse traditur; rep II 37. si universi populi iudicium verum et incorruptum expressero; Sest 119. iure alter (consul) populi iudicio damnatus est; div II 71. quod (ius) ipsi pontifices semper ad populi iussa accommodaverunt; dom 136. qui legatum populi Romani omni supplicio excruciatum necavit; imp Pomp 11. quod C. Caesar milites veteranos ad libertatem populi Romani cohortatus sit; Phil V 46. f. fortuna. in nostris libris vides eum (dictatorem) magistrum populi appellari; rep I 63. ut maiestatem populi Romani communiter conservent; Balb 37. quae (macula) nimis inveteravit in populi Romani nomine; imp Pomp 7. cum per populum agi dicuntur et esse in populi potestate omnia; rep III 45. praetor: f. amicus. ut saluti populi Romani provideret; Phil VIII 1. cum loquar apud senatores populi Romani; Ver V 171. socius: f. amicus. lex popularis suffragiis populi repudiata est; Lael 96. equitum magno numero ex omni populi summa separato; rep II 39. temeritas: f. error. admovent manus vectigalibus populi Romani; agr I 11. vita: f. fortuna. ut ipsi inimici nostri voluntatem universi populi viderent; Sest 124. — 2. ut is hoc iudicio probatus cum populo Romano et in laude et in gratia esse possit; Ver pr 51. pax cum: f. 1. exercitus. qui soli in populos perpetuam potestatem haberent; rep II 49. non provocatione ad populum contra necem et verbera relicta; rep II 62.

V. **Umstand**: 1. Puteolos novo populo atque adventiciis copiis occupabunt; agr II 86. — 2. qui (praetores) apud illos a populo creantur; Flac 44. benigne sibi a populo Romano esse factum; Deiot 36. quaecumque mutatio morum in principibus exstiterit, eandem in populo secutam; leg III 31. quae ne per populum quidem sine seditione se adsequi arbitrabantur; ep I 7, 10. f. II, 5. ago apud. IV, 1. potestas.

populus, Pappel: nos inter has procerissimas populos in viridi ripa inambulantes; leg I 15.

porca, Schwein, Sau: quae in porca contracta iura sint; leg II 55.

porcus, Schwein: I, 1. nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam iusta facta et porcus caesus est ‖ sit ‖; leg II 57. in eo foedere quidam adulescens nobilis porcum ‖ porcam ‖ sustinuit iussu imperatoris; inv II 91. eum, qui porcum ‖ porcam ‖ tenuerit, dedi oportere; inv II 91. — 2. boni domini villa abundat porco, haedo; Cato 56. — II. porco femina piaculum † pati ‖ faciundum ‖; leg II 57.

porrectio, Ausstrecken: digitorum contractio facilis facilisque porrectio nullo in motu laborat; nat II 150.

porricio, hinlegen, opfern: ne quid inter caesa et porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur aut temporis; A V 18, 1.

porrigo (porgo), ausstrecken, darreichen, darbieten, gewähren: »hic (Centaurus) dextram porgens«; nat II 114. qui mihi primus adflicto et iacenti consularem fidem dextramque porrexit; sen 24. detracta utilitate ne digitum quidem eius (bonae famae) causa porrigendum esse dicebant; fin III 57. fidem

f. dextram. praesidium clientibus atque opem amicis et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui porrigentem atque tendentem; de or I 184. huncine an illuc manum porrexerit; orat 27. opem, praesidium: f. lucem.

porro, ferner, sodann, nun aber, andrerseits: I. est porro quiddam ex horum partibus iunctum, quod . .; inv II 157. non est porro tuum uno sensu solum oculorum moveri, cum . .; ep IV 9, 1. — II, 1. quid est tam admirabile . .? quid tam porro regium? de or I 32. — 2. quid sit porro ipse animus, magna dissensio est; Tusc I 18. — III. quam turpe porro legiones ad senatum legatos mittere! Phil VII 14. — IV. sed perge porro; de or II 39. age porro, Iovem et Neptunum deum numeras; nat III 43.

porta, Tor, Eingang: I. quasi vero ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali, quae porta Macedonicis semper consulibus ante te patuit; Piso 56. — II, 1. cum lex aperiri portas noctu vetaret; inv II 123. cum L. Flacco consuli portas tota Asia claudebat; Flac 61. qui urbis portas occuparent; Phil XIV 15. — 2. qui (Socrates), cum xxx tyranni essent, pedem porta non extulit; A VIII 2, 4. — 3. reliqua ad easdem portas iecoris confluunt, ad quas omnes eius viae pertinent; nat II 137. Hannibal erat ad portas; Phil I 11. est ad portas Agragentinas ‖ Aragianas, al. ‖ magna frequentia sepulcrorum; Tusc V 65. — III, 1. introire: f. I. — 2. petasati veniunt, comites ad portam exspectare dicunt; ep XV 17, 1.

portendo, zeigen, ankündigen, prophezeien: I. quia ostendunt, portendunt, monstrant, praedicunt ‖ prodicunt ‖, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur; div I 93. — II. ex triplici appetitione solis triginta annos Cyrum regnaturum esse portendi; div I 46. — III. hominibus ea ostendi, monstrari, portendi, praedici; ex quo illa „ostenta, monstra, portenta, prodigia" dicuntur; nat II 7. cum magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur; Ver IV 108. ex quo periculum portenditur; har resp 26. quae (signa) a dis hominibus portendantur; div II 130.

portentosus, unnatürlich: A. tu, portentosa pestis; dom 72. — B. si quando aliqua portentosa nata dicuntur; div II 60.

portentum, Vorzeichen, Wunderzeichen, Wunder, Ungeheuer, Scheusal, Abenteuerlichkeit: I, 1. quos optimos viros interemit propudium illud et portentum, L. Antonius; Phil XIV 8. — 2. monstra quaedam ista et portenta sunt [prodigia] rei publicae; Phil XIII 49. quod clipeos Lanuvii mures rosissent, maximum id portentum haruspices esse dixerunt; div II 59. — II. quae quondam credebantur apud inferos portenta; nat II 5. dico: f. portendo. Gabinium et Pisonem, duo rei publicae portenta, verborum gravitate esse notandos putavit; prov 2. — III. cui portenti simile esse visum est posse aliquem inveniri oratorem, qui . .; de or II 298. — IV. huic (Dionysii matri) interpretes portentorum, qui Galeotae tum in Sicilia nominabantur, responderunt eum clarissimum fore; div I 39. — V. sive prodigiis atque portentis di immortales nobis futura praedicunt; Phil IV 10. quae portentis, quae astris praesentiuntur; div I 109.

porticula, kleine Halle: exhedria quaedam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani; ep VII 23, 3.

porticus, Säulengang, Halle: I. porticus haec ipsa, ubi nunc ambulamus, disputationum memoriam (commovet); de or II 20. in qua (urbe) pulcherrimae porticus (sunt); Ver IV 119. quod summam dignitatem pavimentata porticus habebat; Q fr III, 1, 1. quae (porticus) Palatio responderet; har resp 49. — II, 1. in qua (domo) porticum Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit; dom 102. qui (Chrysippus) fulcire putatur porticum Stoicorum; Ac II 75. cum consules ex senatus consulto porticum Catuli restituendam locassent; A IV 2, 3. — 2. ut in porticu Pompei potius quam in campo ambulemus; fat 8. — III. 1. (saepta) cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur; A IV 17, 7 (16, 14). — 2. quod in porticu Minucia fecit; Phil II 84.

portio, Anteil, Verhältnis: oportet causis principia pro portione rerum praeponere; de or II 320.

portitor, Zolleinnehmer: I. nolo eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum; rep IV 7. — II. hos decemviros portitores omnibus omnium pecuniis constitui; agr II 61. — III. qui (cives) de non nullis iniuriis portitorum querebantur; Q fr I 1, 33. qui (quaestus) in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut faeneratorum; of I 150.

porto, fortschaffen, bringen, tragen, fahren: I. instituerunt in difficillima ad portandum loca frumentum imperare; Ver III 190. — omnia mecum porto mea; par 8. aurum paleamne (navis) portet; fin IV 76. Romae domum ad Antonium frumentum omne portari; A XIV 3, 1. cum hominem portaret ad Baias Neapoli octaphoro Asiciano; Q fr II 8 (10), 2. inter quos (lictores) aperta lectica mima portabatur; Phil II 58. paleam: f. aurum. ad hostem scilicet portari (viaticum); ep XII 3, 2.

portorium, Zoll, Abgabe: I, 1. si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermocreonti quidem turpe est conducere; inv I 47. — portoriis Italiae sublatis; A II 16, 1. f. 2. queror de. — 2. qui (cives) nuper in portoriis Italiae tollendis non tam de portorio quam de non nullis iniuriis portitorum querebantur; Q fr I 1, 33. — II. Titurium Tolosae quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse; Font 19. — III. illud, quod scribis ‖ scribit ‖, animadvertas velim de portorio circumvectionis; A II 16, 4.

portuosus, reich an Häfen: in superum mare Graecum quoddam et portuosum; de or III 69. navigationis minime portuosae periculum; ep VI 20, 1.

portus, Hafen, Zuflucht: I, 1. qui (portus) cum diversos inter se aditus habeant; Ver IV 117. portum Syracusanorum Cilicum myoparoni praedonibusque patuisse; Ver IV 116. — 2. regum, populorum, nationum portus erat et refugium senatus; of II 26. quoniam (A. Caecina) tutissimum sibi portum provinciam istam duxit esse; ep XIII 66, 2. — II, 1. ignoratis portum Caietae a praedonibus esse direptum? imp Pomp 33. portus habet (urbs) prope in aedificatione aspectuque urbis inclusos; Ver IV 117. portum potius paratum nobis et perfugium putemus; Tusc I 118. etiamsi portum tenere non queas; ep I 9, 21. — 2. nos oris Italiae maritimis ac portubus nostris carebamus; imp Pomp 55. — 3. vis ventorum invitis nautis in Rhodiorum portum navem coëgit; inv II 98. nisi me in philosophiae portum contulissem; ep VII 30, 2. quo tempore aetas nostra tamquam in portum confugere deberet non inertiae neque desidiae, sed otii moderati atque honesti; Bru 8. in eundem portum, ex quo eramus egressi, magna iactati tempestate confugimus; Tusc V 5. qui in maximis fluctibus rei publicae navem gubernassem salvamque in portu conlocassem; Piso 20. rostrata navis in portu deprehensa est; inv II 98. nos quasi e portu egredientes paululum remigare; Tusc IV 9. f. confugio in. quas (familias habent) in portubus atque custodiis; imp Pomp 16. quam multi votis in portum salvi pervenerint; nat III 89. nomen productum, ut Portunus a portu, sic . .; nat II 66. nostra classis erat in portu Pachyni; Ver V 87. — III. quod est litus propter ipsum introitum atque ostium portus; Ver V 80.

per magistros scripturae et portus; A V 15, 3. ostium: ſ. introitus. — IV. in hoc portu Atheniensium nobilitatis naufragium factum existimatur; Ver V 98.

posco, sich ausbitten, verlangen, fordern, vor Gericht fordern: I. poscunt maioribus poculis; Ver I 66. ut ipsius dignitas poscit; Quinct 28. — II. accusant ii, quos populus poscit; Sex Rosc 13. quorum poscebatur argentum; Ver IV 31. alterum et tertium (argumentum) poscitur; de or II 214. si sibi pecuniam, quantam poposcerat, non dedisset; Milo 75. quam (tribuniciam potestatem populus Romanus) cum poscebat, verbo illam poscere videbatur, re vera iudicia poscebat; Ver pr 44. Crassum pulvinos poposcisse; de or I 29. primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quaestionem, id est iubere dicere, qua de re quis vellet audire; fin II 1. — III. quos nunc populus iudices poscit; Ver II 174. — IV. Milesios navem poposcit; Ver I 86. C. Iulius hominem nobilem, L. Sestium, vades poposcit; rep II 61.

posmeridianus ſ. **postm.**

possessio, Besitz, Besitztum, Gut, Grundstück, Besitzergreifung: I. nostra est omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam abundantes otio involaverunt; de or III 122. amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio; Lael 55. — II, 1. quoniam nulla possessio pluris quam virtus aestimanda est; par 48. non ut iure aut iudicio, vi denique recuperare amissam possessionem, sed ut [iure civili] surculo defringendo usurpare videantur; de or III 110. a me Sullanas possessiones defendi; agr III 10. ut secundum servorum tabulas possessio videatur ex edicto dari; Top 18. is (C. Curtius) habet in Volaterrano possessionem; ep XIII 5, 2. voluptarias possessiones nolet Silius; A XII 25, 1. possessiones notabat et urbanas et rusticas; Phil V 20. recupero: ſ. amitto. retinete istam possessionem gratiae; agr II 71. si me audies, has paternas possessiones tenebis; ep VII 20, 1. vendit Italiae possessiones ex ordine omnes; agr I 4 usurpo: ſ. amitto. — 2. neque solum spe, sed certa re iam et possessione deturbatus est meo iustissimo convicio; ep XII 25, 2. cum locupletes possessionibus diuturnis moverentur; Sest 103. — 3 me in possessionem iudicii ac defensionis meae constitisse; de or II 200. qui Appium fratrem absentem de possessione fundi deiecit; Milo 75. quoniam de nostra possessione depulsi in parvo praediolo relicti sumus; de or III 108. non de hereditatum possessionibus (esse aliter edicendum); Ver I 118. dicebat iste in possessionem se ire iussurum; Ver I 125. quod in alienas possessiones tam temere inruisses; de or I 41. iste in possessionem bonorum mulieris intrat; div Caec 56. involo in: ſ. I. est. Sex. Naevium diebus compluribus ante in possessionem misisse, quam postularet, uti ei liceret bona possidere; Quinct 88. sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est; ep X 27, 1. in possessione bonorum cum esset; Caecin 19. quod tum erat res in pecore et locorum possessionibus; rep II 16. me vi conari in possessionem venire; A IV 2, 3. — III, 1. cuius praetura urbana fuit possessionum contra omnium instituta addictio et condonatio; Ver pr 12. quae diligentissime descripta a maioribus iura finium, possessionum, aquarum itinerumque sunt; Caecin 74. — 2. de quorum urbis possessione inter deos certamen fuisse proditum est; Flac 62.

possessiuncula, kleine Besitzung: mihi maiori offensioni esse quam delectationi possessiunculas meas; A XIII 23, 3.

possessor, Besitzer, Grundbesitzer: I, 1. iste homo acerrimus, bonorum possessor, nihil petit; Quinct 30. — 2. Memmius, „vide“, inquit, „Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor“; de or II 283. — II, 1. locupletatis aut invidiae aut pestilentiae possessoribus; agr I 15. — 2. ut agros a Sullanis possessoribus emptos, quanti velletis, populo Romano induceretis; agr II 98.

possideo, besitzen, im Besitz haben, inne haben: I. in quo constitit Naevium ex edicto non possedisse; Quinct 89. dubium est, quin, si Caesennia tum possidebat, cum erat colonus in fundo, post eius mortem heres eodem iure possederit? Caecin 94. — II. qui (philosophi) omnia sicut propria sua esse atque a se possideri volunt; de or I 217. neque (sit boni oratoris) ea ut sua possedisse, sed ut aliena libasse; de or I 218. qui agros publicos possident; agr II 68. ex edicto praetoris bona P. Quinctii possideri nullo modo potuisse; Quinct 60. tres nobilissimos fundos eum video possidere; Sex Rosc 99. qui ullam agri glebam possiderent; Ver III 28. unum globum possidet illa (stella), quam in terris Saturniam nominant; rep VI 17. Ligus hereditatem adiit; possedit Sacerdote praetore sine ulla controversia; Ver I 125. magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis; Sex Rosc 66. qui (sapiens) vere omnia ista nomina possideat; fin III 75. alterum tria huiusce praedia possidere audio; Sex Rosc 17. religionem, vim: ſ. necessitatem.

possido, in Besitz nehmen, Besitz ergreifen, sich bemächtigen: agrum multis annis aut etiam saeculis ante possessum; of II 79. quod bona sine testamento possederat; de or II 283. uti ei liceret bona possidere; Quinct 88. non est ausus meam domum possidere; dom 107. medium optimates possederunt locum; rep I 52. mitto, quod (praedia) possessa per vim; Flac 79. regno possesso; Muren 34.

possum, können, möglich sein, vermögen, im stande sein, ausrichten, bewirken (possiet: ſ. II tornare. potesse: ſ. II. cognoscere. vgl. **potis**): I, 1. cuperem equidem utrumque, si posset; Tusc I 23. dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia, retinebimus; ep I 2, 4. sin nec continuo poterit; ep V 19, 2. ut, si ullo modo poterit, ne tu quidem (dolorem sentias); A XII 23, 1. ne doleam? qui potest? A XII 40, 2. — 2. etiam temperantiam inducunt non facillime illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt; of III 118. ut, quibuscumque rebus poteris (poteris autem plurimis), prospicias et consulas rationibus meis; ep III, 2, 1. quam potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi; ep XV 4, 7. quid faciemus, si aliter non possumus? A II 1, 8. iam Scrofa vellem haberet, ubi posset; A VI 1, 13. quoniam id non posset; Cluent 154. poterat utrumque praeclare; ep I 7, 7. Pisonis amor tantus est, ut nihil supra possit; ep XIV 1, 4. non possunt omnia simul; A XIV 15, 2 (3). gallinae avesque reliquae eos (nidos) quam possunt mollissime substernunt; nat II 129. frequentissimus senatus dignitatem meam, quibus potuit, verbis amplissimis ornavit; Quir 15. — II. cui ne ista quidem ipsa calamitas iniuria potuit accidere; dom 126. ut nihil possint ex iis (litteris) ad communem adferre fructum; Arch 12. qui (lictores) mihi incolumi adimi non possunt; A XI 6, 2. coram me tecum agere posse; ep III 5, 4. cum ante illud facete dictum emissum haerere debeat, quam cogitari potuisse videatur; de or II 219. »vetera se cognoscere signa potesse«; fr H IV, a, 347. (hic) profecto non potest eodem facto et communibus fortunis consuluisse et legibus non obtemperasse; inv I 69. se convinci non posse; inv II 101. esse, cui dare litteras possem; A I 5, 3. ita fit, ut Demosthenes certe possit summisse dicere, elate Lysias fortasse non possit; opt gen 10. dissimulare non potero mihi, quae adhuc acta sint, displicere; A

VIII 1, 4. hoc non posse in delectatione esse diuturna; de or III 100. omni in re posse, quod deceat, facere artis et naturae est; de or III 212. si eam (provinciam), quod eius facere potueris, quam expeditissimam mihi tradideris; ep III 2, 2. ut, quod eius fieri possit, praesentiae tuae desiderium meo labore minuatur; ep V 8, 5. tu velim ne intermittas, quod eius facere poteris, scribere ad me; A XI 12, 4. quibus (rebus) levari possent molestiae tuae; ep IV 3, 3. tota res Brundisina quo modo habeat se, diutius nescire non possum; A IX 3, 2. obtemperare: f. consulere. illud ipsum qui obtineri potest? fin II 107. te illa potuisse perdiscere; de or III 82. posse id populo nostro probari; leg I 12. si Appium Claudium res publica tenere potuisset; Phil XIII 29. »ut nemo tam tornare cate cortortos possiet orbes«; fr II IV, a, 550. — III. hoc amplius si quid poteris; de or I 44. res tantum potest in dicendo, ut ad vincendum nulla plus possit; de or II 180. vis illa summi imperii tantum potuit apud perpaucos homines, non civitates, ut . .; Ver II 14. qui exercitu, qui armis, qui opibus plurimum poterant; Planc 86. ne memoria maneat domestici doloris, quae plus apud eum possit quam salus civitatis; Phil V 51. ego debeo profecto, quantumcumque possum, in eo quoque elaborare, ut . .; fin I 10. cum (Dionysius) omnia se posse censebat; Tusc V 57. non modo, quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem cogimur; Cato 34. cum hac exceptione, quantum valeam quantumque possim; ep VI 5, 1. cura, quod potes, ut valeas; ep XIV 4, 6. cum ego ne curem quidem multum posse, res publica certe nihil possit, unus ille omnia possit; Q fr III 4, 2. multum posse ad salutem alterius honori multis, parum potuisse ad exitium probro nemini umquam fuit; fr A III 5. alterum nihil posse unum contra multos; fr A VII 47. ego voluntatem tibi profecto emetiar, sed rem ipsam nondum posse videor; Bru 16.

post, hinter, hinten, nach, nachher, seit (nachgestellt: f. A, II, 2: Tusc II 15), postquam, nachdem: A. **Präposition:** I. cum Mamertini crucem fixissent post urbem in via Pompeia; Ver V 169. quod est litus in Insula Syracusis post Arethusae fontem; Ver V 80. — II, 1. ille rex post Alexandrum maximus; Ac II 3. — 2. qui post se rogati essent; Phil XI 15. hunc (Epicurum) post Rhodius Hieronymus dolore vacare summum bonum dixit; Tusc II 15. post omnia perorationem concludere; orat 122. — 3. hi tres post civitatem a L. Bruto liberatam plus potuerunt quam universa res publica; Phil V 17. cum post condiciones pacis adlatas cavi, ne . .; A VIII 12, 2. post diem tertium gesta res est, quam dixerat; Milo 44. quibus Apollo se id daturum ostendit post eius diei diem tertium; Tusc I 114. cum paucis annis post hanc civitatis donationem acerrima quaestio venisset; Balb 48. homini post homines natos turpissimo; dom 23. post h. VIII in balneum; A XIII 52, 1. ut numquam post Kalendas Ianuarias idem senseris; Phil X 3. bellum post hominum memoriam crudelissimum; Catil II 28. ego eodem die post meridiem Vatinium eram defensurus; Q fr II 15 (16), 3. sermonem habitum paucis diebus post mortem Africani; Lael 3. numquam post populi Romani nomen ab Siculis auditum et cognitum Agyrinenses dixisse . .; Ver III 74. quem locum apud ipsum Caesarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? Phil II 71. me unum post urbem conditam diligentissime senatui paruisse; dom 50.

B. **Adverb:** I. post Lepus subsequitur; nat II 114. caedere incipiunt eius servos, qui post erant; Milo 29. — II, 1, a. in senatu post ea causa non agitur; Ver II 97. homines tibi arma alii in me, alii post in illum invictum civem dederunt; har resp 38. post e provincia litteras ad conlegium misit; nat II 11. sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum; of I 54. cum fidem ac religionem tuam iam alteri addictam habueris, post eandem adversario tradideris; Ver II 78. quod quantae fuerit utilitati, post videro; rep II 16. — b. (caritas) serpit foras, cognationibus primum, tum adfinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus, tum civibus, deinde . .; fin V 65. quo consilio redierim, initio audistis, post estis experti; Phil X 8. ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo (Trebatium) mittendum duxerim; ep VII 5, 2. conlega eius primo non adversante, post etiam adiuvante; Quir 15. primum est de honesto, tum pari ratione de utili, post de comparatione eorum disserendum; of I 10. quorum princeps Aristippus, post Epicurus; Ac II 131. — c. quae (ratio) neque Solonem fugerat neque post aliquanto nostrum senatum; rep II 59. quas (res) Caesar anno post et deinceps reliquis annis administravisset; Bru 218. si aliquot annis post idem ille liber captivis missus esset; Tusc III 54. repente paucis post diebus venit ad me Caninius mane; ep IX 2, 1. vidimus mensibus post paucis || paucis post mensibus || exercitum spoliatum; Ver III 177. Eudemum || [Eudemum] || quinquennio post domum esse rediturum; div I 53. qui (iudices) multis post saeculis de te iudicabunt; Marcel 29. ab eodum scelere illae triennio post habitae quaestiones; Cluent 191. — 2, a. postquam, qui tibi erant amici, non poterant vincere; Quinct 70. hoc postquam ceteri comprobarunt; Cluent 177. centum et octo annis postquam Lycurgus leges scribere instituit; rep II 18. Habonio opus in acceptum rettulit quadriennio postquam diem operi dixerat; Ver I 149. paucis post diebus, quam Luca discesserat; ep I 9, 9. undecimo die, postquam a te discesseram; A XII 1, 1. XIIII die post, quam ille (Pompeius) Canusio moverat; A IX 1, 1. — b. etsi nihil habebam novi, quod post accidisset, quam dedissem litteras; A VI 3, 1. ut L. Flamininum e senatu eicerem septem annis post, quam consul fuisset; Cato 42.

postea, nachher, später, posteaquam, nachdem: I, 1. caruit foro postea Pompeius; Milo 18. censorem esse ipsum postea factum; Cluent 119. quod et ipse (Epicurus) et multi postea defensores eius sententiae fuerunt; fin II 44. non dolere istud quam vim habeat, postea videro; fin II 9. quid postea? agr II 29. — 2. nulla lex antea cum fuisset, at vero postea tot leges, ut . .; of II 75. ut primum Marcelli ad Nolam proelio populus se Romanus erexit posteaque prosperae res deinceps multae consecutae sunt, sic . .; Bru 12. dicam primum de ipso genere accusationis, postea de Sardis, tum etiam pauca de Scauro; Scaur 22. ego incolumitati civium primum, ut postea dignitati possemus, ille praesenti dignitati potius consulebat; Phil II 38. cum in iis (urbibus) primum ipsius Pythagorae, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset; Tusc IV 2. — 3. postea aliquanto ipsos quoque tempestas vehementius iactare coepit; inv II 154. annis postea XX levis aestimatio pecudum constituta est; rep II 60. paucis postea mensibus alia vehemens erat in iudiciis invidia versata; Cluent 130. — II, 1. posteaquam in Formiano sum; A II 11, 1. quem posteaquam videt non adesse; Ver II 92. sed, posteaquam Pompei commoratio diuturnior erat, quam putaram; ep VII 5, 1. posteaquam modica temperatio accessit; leg III 17. qui (Epaminondas) tum denique sibi evelli iubet spiculum, posteaquam ei dictum est clipeum esse salvum; ep V 12, 5. posteaquam defensor eius consul est factus; Ver pr 20. postea vero quam profectus es, velim recordere . .; ep V 2, 4. posteaquam bis consul et censor fuerat; div Caec 69. — 2. se praedonum duces domi suae, posteaquam Romam redierit, retinuisse; Ver I 12. posteaquam Tyrum venissent, tum (eos) adflictari coepisse; Tusc III 66.

posteritas, Zukunft, Nachwelt: I. quo minus (sapiens) posteritatem ipsam, cuius sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere; Tusc I 91. — II. ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae; Ver V 36. — III. neque quisquam nostrum in rei publicae periculis cum laude versatur, quin spe posteritatis fructuque ducatur; Rabir 29. ut exstet ad memoriam posteritatis sempiternam militum divina virtus; Phil XIV 38. sermo ille oblivione posteritatis exstinguitur; rep VI 25. posteritatis otio consules; ep II 18, 3. spes: f. fructus. — IV. video, quanta tempestas invidiae nobis, si minus in praesens tempus, at in posteritatem impendeat; Catil I 22. in omni mutatione dominorum, quae innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate; A XII 19, 1.

posterus, nachfolgend, später, letzte, gering, Nachkomme, nachgeboren (postumus: f. A. liberi. B, a, I. nascitur): A. qui (Thucydides) paulo aetate posterior (erat); Bru 43. de firmissimis alia prima ponet, alia postrema; orat 50. in hoc posteriore || posteriori || vincerem sponsionem; Tul 30. in annum posterum decemviros alios subrogaverunt; rep II 61. ut eadem a principibus civitatis postero die dicerentur; sen 26. quorum utrique semper patriae salus et dignitas posterior sua dominatione et domesticis commodis fuit; A X 4, 4. ea pertinere ad superiorem divisionem, contra posteriorem nihil dici oportere; Ac II 99. ut homines postremi pecuniis alienis locupletarentur; Sex Rosc 137. etiamsi (liberi) postumi futuri sint; fin III 57. ut, qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret; Quinct 33. postremam quamque navem piratae primam adoriebantur; Ver V 90. illi philosopho ordiri placet a superiore paeane, posteriore finire. est autem paean hic posterior aurium mensura par fere eretico; de or III 183. respondebo primum postremae tuae paginae; A VI 2, 1. quod institutum perite a Numa posteriorum pontificum neglegentia dissolutum est; leg II 29. etiam postera saecula ad se pertinere; Tusc I 31. aut in provisione posteri temporis aut in praeteriti disceptatione; part or 69. — B, a, I. obstupescent posteri certe imperia (tua) audientes et legentes; Marcel 28. horum posteri ita degenerant, ut . .; fin V 13. qui esset secundum postumum et natum et mortuum heres institutus; de or I 180. — II, 1. dicendi genus quod fuerit in utroque, orationes utriusque etiam posteris nostris indicabunt; Bru 324. quid gloriosius meis posteris potui relinquere hoc? sen 25. — 2. ut expetantur eae poenae a liberis, a nepotibus, a posteris; nat III 90. esse apud vos posterosque vestros in honore debebitis; Catil III 2. — III. qui mos cum a posterioribus non esset retentus; fin II 2. secundum: f. I. nascitur. — b, I. aut paria esse debent posteriora superioribus et extrema primis aut longiora; de or III 186. — II, 1. ita priori posterius, posteriori superius non iungitur; Ac II 44. — 2. res dilata est in posterum; ep X 12, 3. ab homine longe in posterum prospiciente; ep II 8, 1. ut haec non in posteris et in consequentibus, sed in primis continuo peccata sunt, sic . .; fin III 32. — C, I. ne ipse posterius occideretur; Tul 56. ipse Thucydides si posterius fuisset; Bru 288. sed hoc posterius; nunc iuris principia videamus; leg I 18. — II. postremo Cn. Magius est mortuus; Cluent 21. omnes urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venierint; agr II 62. postremo quid simile habet passer annis? div II 65. primum nescio, deinde timeo, postremo non committam, ut . .; agr I 16. quod Atheniensium (rem publicam) tum Theseus (constituisset legibus), tum Draco, tum Solo, tum Clisthenes, tum multi alii, postremo exsanguem iam doctus vir Phalereus sustentasset Demetrius; rep II 2. deinde postremo attendendum est, num . .; inv I 43. — III. ut vestigium illud ipsum, in quo [ipse] postremum institisset, contueremur; de or III 6. quo (die) postremum Asuvius visus erat; Cluent 38.

posthabeo, hintansetzen: quod hoc honore ex novis hominibus primum me multis post annis || posthabitis || adfecistis; agr II 4. omnibus rebus posthabitis; Tusc V 2.

posthac, künftig, später, von nun an: in hoc genere non accusabimur posthac, neque hercule antea neglegentes fuimus; A VII 3, 7. ne posthac tantas pecunias magistratibus nostris decerneremus; Ver III 200. utrum posthac amicitias clarorum virorum calamitati hominibus an ornamento esse malitis; Balb 65. nec erit alia lex Romae, alia Athenis, alia nunc, alia posthac; rep III 33. ut nihil posthac auctoritas senatus valeret; Rabir 2. posthac quam plurima, si videtur; ep IX 8, 2.

postilio, Forderung: quod Telluri postilio deberi dicitur; har resp 31.

postis, Pfosten, Türpfosten: 1. postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi; dom 121. — 2. qui columnis ac postibus meis hostificum quoddam bellum intulistis; dom 60. — 3. quoddam caput legis Clodium in curiae poste fixisse; A III 15, 6.

postliminium, Recht der Rückkehr: A. Servius nihil putat esse notandum, nisi „post", et „liminium" illud productionem esse verbi vult; Top 36. Scaevola iunctum putat esse verbum, ut sit in eo et „post" et „limen"; ut, quae a nobis alienata, hinc cum ad hostem pervenerint, ex suo tamquam limine exierint, ea cum redierint post ad idem limen, postliminio redisse videantur; Top 37. — B, 1. quem pater suus aut populus vendidisset aut pater patratus dedidisset, ei nullum esse postliminium; de or I 181. videaturne ei, quem pater patratus dediderit, si is non sit receptus, postliminium esse; de or II 137. cum quaeritur, „postliminium" quid sit; Top 36. — II. num is ad suos postliminio redisset; de or I 182. f. A.

postmeridianus (posm., pom.), nachmittägig: ut ambulationem postmeridianam conficeremus in Academia; fin V 1. erunt fortasse alterae (litterae) posmeridianae || post., pom. ||; A XII 53. „posmeridianas quadrigas" quam „postmeridianas quadriiugas" lubentius dixerim; orat 157. non est hoc munus huius ambulationis antemeridianae aut nostrae posmeridianae sessionis; de or III 121. inclinato iam in posmeridianum || postm. || tempus die; de or III 17.

postquam f. **post,** B, II, 2.

postridie, am folgenden Tage: tres epistulas tuas accepi postridie Idus; A IX 9, 1. iste postridie mane iudices citari iubet; Ver II 41. Lupus noster cum Romam sexto die Mutina venisset, postridie me mane convenit; ep XI 6, 1. postridie iens ad Brutum; A XVI 1, 1. invitat Canius postridie familiares suos; of III 59. postridie Idus Lanuvii constitui manere; A XII 41, 1. quem pridie hora tertia animum efflantem reliquisset, eum mortuum postridie hora decima denique ei nuntiabatur? Milo 48. Pythius piscatores ad se convocavit et ab iis petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur; of III 58. inde postridie mane proficiscens; A XVI 13 (a) 2. haec scripsi postridie eius diei, cum . .; ep III 8, 10. quae (venatio) postridie ludos Apollinares futura est; A XVI 4, 1. postridie, quam tu es profectus, multa nocte veni ad Pompeium; Q fr II 7 (9), 2. postridie Idus Paulum Caietae vidi; A XIV 7, 1. exin senatus postridie Idus; A IV 3, 3. ego hinc postridie Idus Lanuvii || Lanuvium ||; A XII 44, 3.

postulatio, Forderung, Verlangen, Gesuch, Anliegen, Einreichung der Klage: I. non ulla umquam intercessit postulatio, mitto aequa, verum

ante hoc tempus ne fando quidem audita; Quinct 71. ex tua praetura primum haec est nata postulatio; Ver II 148. magis in hoc ignoscendi quam cognoscendi postulatio valuit; inv II 105. — II, 1. audio: ſ. I. intercedit. deprecatio est, in qua ignoscendi postulatio continetur; inv II 104. aequa postulatio pretio superabatur: Ver I 125. — 2. cum te unum dicerent postulationi L. Sestii Pansae restitisse; Q fr II 9 (11), 2. — III. quae (crimina) omnia novas iniurias habent, sed postulationum formulas usitatas; Ver II 147. — IV. ut quaeque res ad consilium primis postulationibus referebatur; A I 16, 4.

postulatum, Forderung: I. hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur ei, qui rem non perspiciat; Ver II 148. — II. reliquum est, ut et accipiantur et remittantur postulata per litteras; Phil XII 28. hoc commoti dolore postulata consulibus ediderunt; Ver II 10. postulata haec ab eo interposita esse, quo minus . .; A VII 15, 3. (legati) ultro ab illo (Antonio) ad nos intolerabilia postulata rettulerunt; ep XII 4, 1. remitto: ſ. accipio. — III. huiusce novi postulati genus atque principium tua praetura attulit; Ver II 146.

postulo, fordern, verlangen, beanspruchen, auffordern, ersuchen, vor Gericht fordern: I. neque quisquam divinare poterat te postulaturum; Quinct 60. ut nos ita tueare, ut amicitia nostra et tua fides postulabit; ep II 16, 7. haec gravius scripsi, quam aut tuus in illum amor aut meus postulabat; A X 4, 6. fides: ſ. amicitia. supplicatio postulantibus nostris imperatoribus deneganda est; Phil XIV 24. cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est; of I 81. ne in huius modi rebus diutius, quam ratio praecipiendi postulat, commoremur; inv I 61. non loco (narratio) dicitur, cum non in ea parte orationis conlocatur, in qua res postulat; inv I 30. tempus: ſ. necessitas. — II, 1. qui primo de vi postulavit; sen 19. Gaditani M. Lepido Q. Catulo consulibus a senatu de foedere postulaverunt; Balb 34. — 2. a te potius postularent, ne amplius quam singulas, quam ab Apronio, ut ne plus quam ternas decumas darent; Ver III 115. ratio hoc postulat, ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter; of III 68. — 3. postulatum est, ut Bibuli sententia divideretur; ep I 2, 1. ut plane (me occupationibus) exsolvam, non postulo; ep VII 1, 5. nec iam recusat, sed quodam modo postulat, ut appelletur tyrannus; A X 4, 2. — 4. ut ne: ſ. 2. — 5. ut ratio postulet agere aliquid et facere eorum; fin III 58. — 6. ostendi, quam multa ante fieri convenerit, quam hominis propinqui bona possideri postularentur; Quinct 86. — 7. nam ex quo postulabimus nobis illud, quod dubium est, concedi, dubium esse id ipsum non oportebit; inv I 53. qui postulet ibi de tua existimatione iudicium fieri; Ver III 139. — III. Gabinium tres adhuc factiones postulant; Q fr III 1, 15. quod haec causa maxime postulat; Flac 36. qui quidvis ab amico auderent postulare; Lael 35. me de isto sumptu decrevisse nil, nisi quod principes civitatum a me postulassent; ep III 8, 5. ſ. II, 2. of III 68. nomine heredis arbitrum familiae herciscundae postulavit; Caecin 19. postulat contionem; Flac 18. deliberandi sibi unum diem postulavit; nat I 60. ut omnes boni omnem a nobis diligentiam virtutemque et postulent et exspectent; Q fr I 1, 41. postulat is, quicum agitur, a praetore exceptionem: EXTRA QUAM IN REUM CAPITIS PRAEIUDICIUM FIAT; inv II 59. (Vettius) statim fidem publicam postulavit; A II 24, 2. nec debes tu aut praecipuam aliquam fortunam postulare aut communem recusare; ep VI 1, 1. impudentem esse, qui pro beneficio non gratiam, verum mercedem postulet; inv II 115. in eum iudicium de professione iugerum postulabatur; Ver III 39. intellego equidem a me istum laborem iam diu postulari; leg I 8. memoriam: ſ. monumentum. mercedem: ſ. gratiam. a vobis nullum monumentum laudis postulo praeterquam huius diei memoriam sempiternam; Catil III 26. si nullum aliud mihi praemium ab senatu populoque Romano nisi honestum otium postularem; Sulla 26. servum illum Nicostratum ab hoc adulescente Oppianico in quaestionem postulavit; Cluent 176. cum ab eo tabulas postularemus; Ver I 60. triumphum ab senatu postulat; inv II 111. a non nullis veritas a te postulatur; leg I 4. virtutem: ſ. diligentiam. — IV, 1. qui (Lentulus Gabinium) iam de maiestate postulavit; Q fr III 1, 15. (Gabinius) adhuc de pecuniis repetundis non erat postulatus; Q fr III 1, 15. — 2. haec cum praetorem postulabas; Tul 39.

potatio, Trinkgelage: videbar mihi videre alios hesterna ex potatione oscitantes; fr A VI 1.

pote ſ. **potis.**

potens, mächtig, einflußreich: A. si propter partium studium potens erat Alfenus, potentissimus Naevius; Quinct 70. qui potentissimorum hominum contumaciam numquam tulerim, ferrem huius adseculae? A VI 3, 6. omnes potentissimorum populorum res gestas; Marcel 5. cuius currum rex potentissimus quondam honestavit; Catil IV 21. qui potentes viros tradunt post mortem ad deos pervenisse; nat I 119. cum floreret in Italia Graecia potentissimis et maximis urbibus; Tusc IV 2. — B, I, 1. suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus; leg III 34. — 2. ne quid temere dicam aut faciam contra potentes; ep IX 16, 5 — II, 1. ego inimicitias potentium pro te appetivi; Milo 100. — 2. quasi pactio fit inter populum et potentes; rep III 23.

potentatus, Macht, Herrschaft: cum ad eum (Romulum) dominatus ‖ potentatus ‖ omnis reccidisset; rep II 14.

potentia, Macht, Übermacht, Gewalt, Einfluß, Ansehen: potentia est ad sua conservanda et alterius attinenda ‖ acquirenda, al. ‖ idonearum rerum facultas; inv II 169. nimiam gratiam potentiamque Chrysogoni dicimus et nobis obstare et perferri nullo modo posse et a vobis, quoniam potestas data est, non modo infirmari, verum etiam vindicari oportere; Sex Rosc 122. ut potentia senatus atque auctoritas minueretur; quae tamen gravis et magna remanebat; rep II 59. — II, 1. credo vos non populo Romano minime ferendam potentiam concupivisse; Phil I 29. dum modo potentiam consequantur; of III 82. hominum eius modi perniciosam atque intolerandam potentiam exstinguere atque opprimere debetis; Sex Rosc 36. si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint; ep I 8, 4. ſ. concupisco. infirmo, al.: ſ. I. obstat. minuo: ſ. I. remanet. opprimo: ſ. exstinguo. hanc rerum tantam potentiam non ferme facilius ulla in parte Italiae posita urbs tenere potuisset; rep II 10. — 2. de sua potentia dimicant homines hoc tempore periculo civitatis; A VII 3, 4. — III. Caesar Vopiscus ille summo ingenio, summa potentia solvatur legibus; Phil XI 11. — IV, 1. populus oppressus dominatu ac potentia principum; leg III 34. — 2. ut contra periculosas hominum potentias condicioni omnium civium providisse videamini; Cael 22.

potestas, Macht, Gewalt, Herrschaft, Befugnis, Amt, Beamter, Behörde, Erlaubnis, Gelegenheit, Möglichkeit: I, 1. sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur, aut potestas defuisse aliis demonstranda est aut facultas aut voluntas. potestas, si aut nescisse aut non adfuisse aut conficere aliquid non potuisse dicentur. facultas, si . .; inv II 24. quod potestas humana efficere non possit; nat II 16. de quo ut potestas esset saepe optarint, in eum ob potestatem ‖ potestate ‖ non uti summam esse stultitiam;

inv II 109. cui eligendi potestas esset; Bru 189. quotiens mihi certorum hominum potestas erit; ep I 7, 1. quocumque tempore mihi potestas praesentis tui fuerit; ep I 9, 22. »imperia, potestates, legationes, quom senatus creverit populusve iusserit, ex urbe exeunto, duella iusta iuste gerunto, sociis parcunto«; leg III 9. ista potestate nata gravitas optimatium cecidit; leg III 17. parcunt: f. exeunt. omnes potestates, imperia, curationes ab universo populo Romano proficisci convenit; agr II 17. — 2. quid est libertas? potestas vivendi, ut velis; par 34. — II, 1. qui (Sulla) tribunis plebis sua lege iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit; leg III 22. qui eandem potestatem adepti sunt; Cluent 122. qui non modo rerum, verum etiam verborum potestatem sibi adrogare conetur, cum et faciat, quod velit, et id, quod fecerit, quo velit nomine appellet; inv II 55. ut primum potestas data est augendae dignitatis tuae; ep X 13, 1. quod Iunio defendendi sui potestas erepta sit; Cluent 93. cum neque praetores diebus aliquot adiri possent vel potestatem sui facerent; Q fr I 2, 15. scripsi ad librarios, ut fieret tuis describendi potestas; A XIII 21, a, 1 (21, 4). ut is in ea (provincia) summam potestatem haberet, cui . .; Q fr I 1, 29. prudentissimi viri, quibus senatus legum dicendarum in locandis vectigalibus omnem potestatem permiserat populusque iusserat; Ver III 19. permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniae conficiendae; agr II 33. esse etiam fortunae potestatem in nos prorogatam; Q fr I 1, 4. relinquo: f. adimo. ostendit se tribuniciam potestatem restituturum; Ver pr 45. quae (lex) sancit eam tribunorum plebis potestatem; leg III 19. earum rerum omnium potestatem ad decemviros esse translatam; agr II 54 — 2. quod fortunas suas potestati regiae commiserit; Rab Post 1. si isdem imperiis et potestatibus parent; leg I 23. confirmationem auctoritatis suae vestrae potestati permissam esse sentit; Flac 4. — 3 me abeuntem magistratu contionis habendae potestate privavit; ep V 2, 7. in qua re publica est unus aliquis perpetua potestate, praesertim regia; rep II 43. si quis ea potestate temere est usus; agr II 30. — 4 cadendum est in unius potestatem; A VIII 3, 2. ut in superiore exemplo reus ab suo officio et a potestate factum demovebat; inv II. 93. quod ei dicendi in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses; dom 22. cum „exisse ex potestate" dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia; Tusc III 11. ut oppidum in sua potestate posset habere; Sulla 60. cum duodecim secures in praedonum potestatem pervenerint; imp Pomp 32. ut in potestatem meam pervenirent; ep XV 4, 10. frugi hominem videtis positum in vestra fide ac potestate; Font 40. quo edicto omnia iudicia redegerat in suam potestatem; Ver II 33. privatus (sit) an cum potestate; inv I 35. ut summum bonum in eo genere ponant, quod sit extra nostram potestatem; fin IV 36. quod in eorum potestatem portum futurum intellegebant; Ver V 98. nihil tam tenerum quam illius comprehensio verborum, ut nullius oratoris aeque in potestate fuerit; Bru 274. eum (Lentulum) totum esse in illius (Pompei) potestate; A III 22, 2. tenere in sua potestate motum animi et dolorem; Q fr I 1, 38. — III, 1. cum conlegas tuos, summa potestate praeditos, negares liberos esse; dom 110. — 2. sitne ea (beata vita) tota sita in potestate sapientis; fin V 12. — IV, 1 videte, quam diligenter retineat ius tribuniciae potestatis; agr II 30. — 2. ut xviri maxima potestate sine provocatione crearentur; rep II 61. — V, 1. is qui multos in istum testes imperio et potestate deterruit; Ver III 122. potestate regia tum melius gubernari et regi civitates, si . .; rep II 15. — 2. vir sapiens tamquam a magistratu aut ab aliqua potestate legitima emissus; Tusc I 74. qui de re publica cum aliqua statuendi potestate audiant; de or II 70. erit tum consul Hortensius cum summo imperio et potestate; Ver pr 37. ob: f. I, 1. est; inv II 109. cum iste ab sese hydriam per potestatem abstulisset; Ver IV 32.

principium, Anfang, Ursprung, Grund, Grundlage, Grundstoff: I, 1. in utroque genere dicendi et principia tarda [sunt] et exitus tamen spissi et producti esse debent; de or II 213. principia dicendi semper cum accurata et acuta et instructa sententiis, apta verbis, tum vero causarum propria esse debent; de or II 315. principia in sententiis dicendis brevia esse debebunt || debent || ; part or 97. f. habet. principium est oratio perspicue || perspicua || et protinus perficiens || conficiens || auditorem benivolum aut docilem aut attentum; inv I 20. conexum ita sit principium consequenti orationi, ut cohaerens cum omni corpore membrum esse videatur; de or II 325. omnium causarum unum est naturale principium, una peroratio; Bru 209. principia mentis, quae sint in eodem universo, deos esse dicit; nat I 120. f. debent. omne principium aut rei totius, quae agetur, significationem habere debebit aut aditum ad causam et munitionem || communitionem || aut quoddam ornamentum et dignitatem; de or II 320. vobis unde officii, unde agendi principium nascatur, non reperietis; fin IV 46. exspectare te arbitror, haec tam longe repetita principia quo spectent; ep XIII 29, 2. videtur: f. est; de or II 325. principia verecunda, nondum || non || elatis incensa verbis, sed acuta sententiis vel ad offensionem adversarii vel ad commendationem sui; orat 124. — 2. cum et bonum et malum natura iudicetur et ea sint principia naturae; leg I 46. id est principium urbis et quasi seminarium rei publicae; of I 54. — II, 1. cognoscite hominis principium magistratuum gerendorum; Ver I 34. initia ut appellantur (mysteria), ita re vera principia vitae cognovimus; leg II 36. conecto: f. I, 1. est; de or II 325. principium ductum esse a se diligendo; fin III 16. incendo: f. I, 1. orat 124. instruo: f. I, 1. debent; de or II 315. cuius (criminis) neque principium invenire neque evolvere exitum possum; Cael 56. ut ex ea (natura) petant agendi principium, id est officii; fin IV 48. oportet, ut aedibus ac templis vestibula et aditus, sic causis principia pro portione rerum praeponere; de or II 320. repeto: f. I, 1. spectant. — 2. quae praecepta principiorum et narrationum esse voluerunt; de or II 81. — 3. a principio ordiamur; Phil II 44. siquidem necesse est a principio oriri omnia; Tusc I 54. in principiis naturalibus plerique Stoici non putant voluptatem esse ponendam; fin III 17. prima est quasi cognitio et commendatio orationis in principio; de or II 315. quanta differentia est in principiis naturalibus; fin V 19. — III. Aristoteles cum quattuor nota illa genera principiorum esset complexus; Tusc I 22. praecepta: f. II, 2. — IV, 1. constituendum putarem principio, quis esset imperator; de or I 210. [et] attentum monent Graeci ut principio faciamus iudicem et docilem; de or 323. — 2. sequitur ab animantibus principiis ea esse generata; nat II 75. ad hunc exitum tamen a principio ferri debet verborum illa comprehensio; orat 199. a principio coniurationis usque ad reditum nostrum; ep V 12, 4. de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis; Sulla 69. ut exalbescam in principiis dicendi; de or I 121. inlustriora sunt, quae in principiis quam quae in mediis causis dicuntur aut arguendo aut refellendo; de or II 323.

prior, primus, eher, früher, vordere, erste, angesehenste, vorzüglichste, zuerst, vorn: A. **bei Substantiven:** (Servius) videtur mihi in secunda arte primus esse maluisse quam in prima secundus; Bru 151. in praeturae petitione prior renuntiatus est Servius; Muren 35. qui primus omnibus rebus imposuit nomina; Tusc I 62. alqd: f. B, **b.** dicta sunt priore actione testimonia; Ver II 120. primus aditus et postulatio Tuberonis haec fuit; Ligar 17. CCL aratores habuit (Agyrinensis ager) primo anno praeturae tuae; Ver III 120. voluptatis alii primum appetitum putant et primam depulsionem doloris; fin V 17. ars: f. alqs: Bru 151. quae tamen, etiamsi primo aspectu nos ceperunt, diutius non delectant; de or III 98. prima commendatio proficiscitur a modestia; of II 46. me universa civitas non prius tabella quam voce priorem consulem declaravit; Piso 3. depulsio: f. appetitus. uti C. Pansa A. Hirtius consules de eius honore praemiove primo quoque die ad senatum referant; Phil VIII 33. duas a te accepi epistulas. respondebo igitur priori prius; A XV 13, 1. epistula prior mihi legi coepta est; A XVI 13, (a) 1. haec in primo libro de natura deorum; nat I 41. horribile est causam capitis dicere, horribilius priore loco dicere; Quinct 95. ut prima (officia) dis immortalibus, secunda patriae, tertia parentibus, deinceps gradatim reliquis debeantur; of I 160. si Alienus sibi primas in dicendo partes concesserit; div Caec 49. vgl. elliptisch. postulatio: f. aditus. te in prima provincia velle esse; ep III 6, 2. cum primus in eam insulam quaestor veneris; ep XIII 48. eius modi sunt iniuriae, ut de iis indignum sit non primo quoque tempore indicari; inv II 60. elliptisch: non possum equidem non ingenio primas concedere; de or II 147. ingenii, litterarum, eloquentiae, sapientiae denique etsi utrique primas, priores tamen libenter deferunt Laelio; Bru 84. Cotta et Sulpicius facile primas tulerunt; Bru 183. primas in causis agebat Hortensius; Bru 308. cui (M. Antonio) vel primas eloquentiae patrum nostrorum tribuebat aetas; orat 18.

B. **allein: a,** I. decurionum decretum fit, ut decem primi proficiscantur ad L. Sullam; Sex Rosc 25. — II. Agyrio magistratus et quinque primi accitu istius evocantur; Ver III 68. — III. cum chirographum sex primorum imitatus est; nat III 74. — **b,** I. quae sunt prima naturae; fin III 21. — II, 1. me tibi primum quidque concedente; Ac II 49. quae constituta sunt prima naturae; fin V 45. in hoc genere illud primum intellegi volumus; inv I 100. ad prima illa secundum naturam obtinenda; fin V 19. prima sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere; orat 4. — 2. ita priori posterius, posteriori superius non iungitur; Ac II 44. — 3. causa et ratio efficiens magnos viros in priore (est); of I 67. — III. tuas nunc epistulas a primo lego; A IX 6, 5. in illo priore necesse erat te dolo malo meo vi deiectum iudicari; Tul 30. cum primis, in primis: f. C, IV, V.

C. **adverbielle Formen**: I. prius: plebs montem sacrum prius, deinde Aventinum occupavit; rep II 58. quod ad te antea atque adeo prius scripsi ⟨sic enim mavis⟩; A XV 13, 3. f. A. epistula. priusquam (medicus) conetur aegro adhibere medicinam; de or II 186. non prius sum conatus misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse captus; de or II 195. sed priusquam illa conor attingere, proponam breviter . .; de or III 25. P. Lentulus

nihil humanarum rerum sibi prius quam de me agendum indicavit; Quir 11. non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti; dom 78. cui priusquam de ceteris rebus respondeo; Phil II 3. cum miser ille prius, latronum gladios videret, quam, quae res esset, audisset; Phil XI 7. placet Chrysippo aliquanto prius, quam ad multa perveniat, quiescere; Ac II 93. quid potius faciam, priusquam me dormitum conferam, non reperio; ep IX 26, 1. ne de bonis, quae Octavii fuissent, deminui paterentur, priusquam Fundanio debitum solutum esset; Q fr I 2, 10. ſ. A. consul. — II. primo: tantum impelli iudicem primo leviter; de or II 324. Isocratem primo artem dicendi esse negavisse; Bru 48. nunc haec primo cupio cognoscere; ep XV 20, 3. Lysiam primo profiteri solitum artem esse dicendi; deinde orationes eum scribere aliis coepisse; Bru 48. caeco quodam timore primo salutis, post etiam studii sui quaerebant aliquem ducem; Ligar 3. — III. primum: primum omnium generibus ipsis distinguere convenit; inv I 76. necesse esse eum, qui velit peccare, aliquando primum delinquere; inv II 34. primum ad heroum (Aristoteles) nos invitat; de or III 182. quorum satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia minuta quaedam; orat 39. quasi hoc tempore haec causa primum dicatur; Cluent 8. primum multis verbis iracundiam laudant; Tusc IV 43. cum haec duo nobis quaerenda sint in causis, primum quid, deinde quo modo dicamus; de or II 120. primum (nostri) docent esse deos, deinde quales sint, tum mundum ab iis administrari, postremo consulere eos rebus humanis; nat II 3. ut primum Italici belli funesta illa principia, post Sullani temporis extremum paene discrimen, tum hanc coniurationem nobis praedixerint; har resp 18. dicam primum de ipso genere accusationis, postea de Sardis, tum etiam pauca de Scauro; Scaur 22. cum primum aquam quasi naturalem domum videre potuerunt; nat II 124. qui haec nunc primum tractare conamur; Ac I 25. ut quam primum res iudicaretur; Tul 11. simul ac potestas primum data est; Ver I 138. Cn. Pompei liberi tum primum patriam repetebant; Phil II 75. ut primum potestas data est augendae dignitatis tuae; ep X 13, 1. — IV. cum primis: cum (Crotoniatae) in Italia cum primis beati numerarentur; inv II 1. improbissimus C. Servilius Glaucia, sed peracutus et callidus cum primisque ridiculus; Bru 224. — V. in primis: ex quibus in primis numeranda est civitas Halaesina; Ver III 170. T. Sergii Galli, in primis honesti et ornati adulescentis; Milo 86. superiores definitiones erant Sphaeri, hominis in primis bene definientis; Tusc IV 53. nonne cum multa alia mirabilia, tum illud in primis? div I 16. quo in genere est in primis senectus; Cato 4.

prisce, nach alter Sitte: ex ipsa quaeram, utrum me secum severe et graviter et prisce agere malit an remisse et leniter et urbane; Cael 33.

priscus, nach alter Art, altertümlich, alt: illud, quod (L. Cotta) loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum; de or III 42. Ioves plures in priscis Graecorum litteris invenimus; nat III 42. cuius priscam illam severitatem [sacrificii] mirifice tua soror existimatur imitata; har resp 27. videtur libenter verbis etiam uti paulo magis priscis Laelius; Bru 83. ille tenuis orator parcus in priscis (verbis erit); orat 81. quod verborum vetustas prisca cognoscitur; de or I 193. credendum nimirum est veteribus et priscis, ut aiunt, viris; Tim 38. cum sumuntur vocabula aut nova aut prisca; part or 17.

pristinus, vorig, ehemalig, früher, alt: A. quae (urbs) renovat pristina bella; rep VI 11. (libri) revocant in consuetudinem pristinam; ep IX 1, 2. ut tuam pristinam dignitatem et gloriam consequare; ep I 5, b, 1. censeo Magnum Pompeium pro sua pristina virtute, industria, voluntate fecisse; Phil XIII 50. quibuscum me pugnantem more meo pristino non videbitis; Planc 56. si pro meis pristinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret; ep XIII 4, 4. religionem pristinam conservabat; Ver IV 72. in senectute conservare aliquid pristini roboris; Cato 34. quae (chartae) illam pristinam severitatem continebant; Cael 40. virtus, voluntas: ſ. industria. mihi meae pristinae vitae consuetudinem interclusam aperuisti; Marcel 2. — B. non necesse est illa pristina manere, ut tuenda sint? fin V 40.

privatim, in Privatverhältnissen, für seine Person, für sich, in seinem Namen: I. Naevio neque ex societatis ratione neque privatim quicquam debuit Quinctius; Quinct 37. aut privatim aliquid gerere malunt aut capessunt rem publicam; fin V 57. cum omnes iurati privatim et publice laudent (M. Fonteium); Font 32. quamquam nulla me ipsum privatim pepulit insignis iniuria; ep IV 13, 2. nemini video dubium esse, quin C. Verres in Sicilia sacra profanaque omnia et privatim et publice spoliarit; Ver V 1. mira quaedam tota Sicilia privatim ac publice religio est Cereris Hennensis; Ver IV 107. — II. utrum tibi Siculos publice privatimque amicos an inimicos existimari velis; Ver II 155. — III. aurum et argentum in urbibus et privatim et in fanis invidiosa res est; leg II 45.

privatio, Befreiung: I. quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris privatio; fin II 28. — II. doloris omnis privatio recte nominata est voluptas; fin I 37.

privatus, dem einzelnen angehörig, persönlich, besondere, eigentümlich, Privatperson, Privatmann, ohne Amt: A. alqs: ſ. B, **a.** uti privatos agros pecunia publica coëmeret; agr II 82. qui non neglegentia privatum aliquod commodum laeserit; Sex Rosc 113. qui (Caesar) tantam causam publicam privato consilio susceperit; ep XI 7, 2. multae sunt domus in hac urbe iure privato; har resp 14. optimum et in privatis familiis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam; rep IV 7. non oportere mitti hominem privatum pro consule; imp Pomp 62. nuper, cum ego C. Sergii Auratae contra Antonium iudicio privato causam defenderem; de or I 178. tibi apud eosdem (Mamertinos) privata navis oneraria maxima publice est aedificata; Ver V 136. qui et privati et privatum ad negotium exierunt; agr I 8. qui privatum otium negotiis publicis antetulerunt; Tusc III 57. Habiti vilici domini privatam possessionem defenderunt; Cluent 161. ut in rerum privatarum causis atque iudiciis depromenda saepe oratio est ex iure civili; de or I 201. si re publica non possis frui, stultum est nolle privata; ep IV 9, 4. innumerabilia tua sunt in me officia in re privata, in publica; ep XVI 4, 3. servos privatos Quinctii omnes eiectos non esse; Quinct 90. ne quid privatis studiis de opera publica detrahamus; Ac II 6. qui clarissimo viro privato imperium extra ordinem non dedi; Phil XI 25. — B, **a,** I, 1. quae (arma) privatus P. Scipio ceperat; Planc 88. contenderem contra tribunum plebis privatus armis? Sest 43. exeunt: ſ. A. negotium. quod ius privati petere solebant a regibus; rep V 3. hanc tu neque privatus neque consul legem esse umquam putasti; dom 70. privatum oportet aequo et pari cum civibus iure vivere; of I 124. — 2. privatus (sit) an cum potestate; inv I 35. privatus an in potestate sit aut fuerit aut futurus sit; inv II 30. tenebam memoria ea fundamenta iacta idemque memineram nobis privatis unum fere sensum fuisse bonorum omnium; ep I 9, 12. — II, 1. qui me magis quam privatum aliquem mittat? A VII 7, 4. — 2. nullus aditus erat privato; Phil V 20. — 3. negavit a

privato pecuniam in provincia praetorem petere oportere; Flac 86. — III. ut suum quisque teneat neque de bonis privatorum publice deminutio fiat; of II 73. qui (ager) sine iniuria privatorum dividi posset; Phil V 53. — IV. quod nos vitium in privatis saepe tulimus, id maiores nostri ne in rege quidem ferre potuerunt; Phil III 9. — b. 1. sunt privata nulla natura, sed aut vetere occupatione aut . .; of I 21. — II, 1. »iuris disceptator, qui privata iudicet iudicarive iubeat, praetor esto«; leg III 8. nihil istum neque privati neque publici tota in Sicilia reliquisse; Ver IV 2. — 2. ut communibus pro communibus utatur, privatis ut suis; of I 20. — III. alqd: f. II, 1.

privigna, Stieftochter: ad Ligarianam de uxore Tuberonis et privigna neque possum iam addere ⟨est enim pervulgata⟩ neque . .; A XIII 20, 2.

privignus, Stiefsohn: I. (Q. Fufidius) privignus est M. Caesii; ep XIII 12, 1. — II. in privignorum funus nupsit; Cluent 188.

privilegium, Ausnahmegesetz, Vorrecht: I. vetant leges sacratae, vetant XII tabulae leges privatis hominibus inrogari; id est enim „privilegium"; dom 43. — II, 1. an de peste civis indemnati licuit tibi ferre non legem, sed nefarium privilegium? dom 26. familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut . .; par 32. »privilegia ne inroganto«; leg III 11. privilegium pertimui; dom 58. — 2. quod te cum Culleone scribis de privilegio locutum; A III 15, 5. — III. L. Libone rogationem in Galbam privilegii similem ferente; Bru 89.

privo, berauben, befreien: I. sunt alia contraria, quae privantia licet appellemus Latine, Graeci appellant στερητικά; Top 48. quae (philosophia) privat approbatione omni, orbat sensibus; Ac II 61. — II. qui ab isto homine crudelissimo patre privatus est; Ver II 80. quam facile ferro Cu. Pompeium foro curiaque privarit; dom 67. sic me et liberalitatis fructu privas et diligentiae; ep V 20, 4. non te iudices retinere in civitate, sed exsilio privare voluerunt; A I 16, 9. omni illum (deum Aristoteles) sensu privat, etiam prudentia; nat I 33. quid erit profectum, nisi ut huius mors sepulcro patris privata esse videatur? Cluent 201. patrem vita privare si per se scelus est; par 24. nec eam (patriam) multis claris viris orbatam privare (debes) etiam aspectu tuo; ep IV 9, 4. ut populus Romanus suffragio privaretur; agr II 17. praeposito „in" privatur verbum ea vi, quam haberet, si „in" praepositum non fuisset, „dignitas, indignitas"; Top 48. eas (urbes) C. Verres viris nobilissimis privavit; Ver V 124.

prius, priusquam f. prior, C, I.

pro, o! ach! I. pro di immortales, quae fuit illa, quanta vis! de or II 225. quae res umquam, pro sancte Iuppiter! est gesta maior? Phil II 32. — II. pro deum hominumque fidem! Q Rosc 50. quid igitur, pro deum immortalium! primum eam docebas, quaeso? fr F I 8.

pro, vor, für, als, an Stelle, wie, nach, nach Beschaffenheit, im Verhältnis zu, vermöge, gemäß: I. **nach Verben**: hic sermone aliquo adrepto pro mandatis abusus est; A VII 13, a, 2 (13, 6). accipis HS XV pro medimno; Ver III 174. qui in coetum mulierum pro psaltria adducitur; Sest 116. haec agimus magis pro dignitate quam pro periculo tuo; ep III 10, 11. pro „deum atque hominum fidem" — „deorum" aiunt; orat 155. Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro senatu; de or III 167. pro tritico nummos abstulit; Ver III 170. pro patria cadentes Scipiones; Tusc I 89. cum omues, qui tum erant consulares, pro salute communi arma cepissent; Rabir 21. cum ambiguum aliquid pro certo concesseris; inv I 88. pro suo iure contendet; Ver V 2. quam (pecuniam) pro domo, pro hortis, pro sectione debebas; Phil II 71. me pro meo sodali et pro mea omni fama prope fortunisque decernere; de or II 200. omnia me semper pro amicorum periculis, nihil umquam pro me ipso deprecatum; de or II 201. quo pro ordine illa dicuntur; Bru 164. quid dicatis pro testimonio; Font 28. quae pro illa causa dici possent; Ac II 64. illum Simonidi dixisse se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum; de or II 352. tu ausus es pro nihilo prae tua praeda tot res sanctissimas ducere? Ver II 40. pro Pompeio emori possum; ep II 15, 3. cum a civitatibus pro frumento pecuniam exigebas; Ver III 179. quae pro salute mea fecerit; Planc 98. bella aut pro sociis aut de imperio gerebantur; of II 26. id, quod indicatum non sit, pro infecto habere oportere; inv II 80. sin minus, (ut) pro eo tamen id habeamus, quoniam a te data sit opera, ut impetraremus; ep XIII 7, 5. hoc vix ab Apronio in summo beneficio pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum est; Ver III 115. cum pro eo Italiae fidem imploraret; Piso 80. qui pro hoc laborant; Planc 28. si causae ipsae pro se loqui possent; Cluent 139. pro liberis manere nihil oportet; Top 19. vocem pro me ac pro re publica neminem mittere; Sest 42. omnia pericula pro re publica, mori pro patria, haec cum loqueris; fin II 76. servorum armis meos cives pro me obici nolui; Milo 36. nemo se pro patria offerret ad mortem; Tusc I 32. pro certis ad te ea, quae essent certa, perscribi; ep VI 12, 3. me hoc ipsum etiam posuisse pro argumento, quod . .; Bru 277. ille numquam quicquam sibi, quod nos pro illo postularemus, aequum dixit videre; Phil II 95. pro veris probare falsa turpissimum est; Ac II 66. quam (pecuniam) pro reo pronuntiasset; Cluent 78. qui contra vos pro huius salute pugnabant; Sulla 49. ne quid, quia a me praetermissum sit, pro concesso putetur; Tul 37. quod gloriam contemnant et pro nihilo putent; of I 71. ut haec tu adulescens pro re publica queri existimarere; de or II 198. in quibus (orationibus) non verbum pro verbo necesse habui reddere; opt gen 14. ut pro Attico etiam respondeam; Ac I 33. permultis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino; Ver III 165. quando dicar spopondisse et pro patre anne pro filio; A XII 14, 2. pro qua (civitate) pericula ac tela subierunt; Balb 51. immutata ‖ mutata | (ea verba dico), in quibus pro verbo [proprio] subicitur aliud; orat 92. sudandum est iis pro communibus commodis; Sest 139. extrema oratione ea, quae pro nobis essent, amplificanda et augenda, quaeque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda; de or I 143. hoc non modo non pro me, sed contra me est potius; de or III 75. cui pro quaestore fuerat; Ver I 41. qui (Cato) mihi unus est pro centum milibus; A II 5, 1. quia quasi summutantur verba pro verbis; orat 93. quod pro signo sumetur; inv I 81. ut ii senatui pro me supplicarent; Sest 130. ut pro mea salute laborem periculumque suscipias; Muren 76. pro omnibus gentibus conservandis aut iuvandis maximos labores molestiasque suscipere; of III 25. sic nos summi oratoris vel sanitate vel vitio pro argumento usi sumus; Bru 278.

II. **nach Adjectiven**: ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus; Lael 45. ego me pluribus pro te supplicem abieci; Milo 100.

III. **nach Substantiven**: est mihi tecum pro aris et focis certamen; nat III 94. ut tibi pro tuo summo beneficio gratias agamus; A XVI 16, 16. pericula: f. I. morior. reprehendis meas pro Plancio preces; Planc 69. cum facilis suffragatio pro salute (sit); dom 45.

IV. **zum Satz**: 1. pro tribunali cum aliquid ageretur; ep III 8, 2. — pro eo, ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem; inv I 54. mihi pro cetera eius audacia atque amentia ne hoc quidem mirandum videtur; Ver I 6. vobismet ipsis

et vestris liberis ceterisque civibus pro vestra auctoritate et sapientia consulere debetis; dom 45. audacia: f. amentia. quam (rationem) tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar; A VIII 11, D, 7. oro obtestorque te pro vetere nostra coniunctione ac necessitudine proque summa mea in te benivolentia, te ut nobis conserves; ep VI 22, 2. a te pro nostra summa coniunctione proque tua in me perpetua et maxima benivolentia peto, ut . .; ep XIII 7, 5. quae quamquam ex multis pro tua claritate audiam; ep XIII 68, 1. nisi (rationes) tecum pro coniunctione nostrae necessitudinis contulissem; ep V 20, 1. f. benivolentia. cum ex litteris Q. Caepionis Bruti pro consule intellectum sit Q. Hortensii opera rem publicam adiutam; Phil X 26. ut pro dignitate cuique tribuatur; of I 42. qui a me pro eximia sua virtute summisque honoribus honoris causa nominatur; Cluent 118. qui (P. Terentius Hippo) operas in scriptura pro magistro dat; ep XIII 65, 1. vos pro magnitudine periculi obtestor; Muren 86. si pro singulis malis aegritudines accederent; Tusc IV 40. vellem meae quoque auctoritatis pro plurimis nostris necessitudinibus praeceptum ad te aliquod pervenire; ep X 6, 2. f. benivolentia, observantia. cum pro nostra necessitudine tuaque summa in me observantia ad me domum venisses; ep XIII 7, 1. quod Roscius pro sua parte exegit; Q Rosc 54. haec qui pro virili parte defendunt, optimates sunt; Sest 138. fuisse aliquando apud Siculos peraeque pro portione cetera; Ver IV 46. sit pro praetore eo iure, quo qui optimo; Phil V 45. qui ad Caesarem pro praetore adierint; Phil VIII 33. reliqua tu pro tua prudentia considerabis; ep IV 10, 2. sapientia: f. auctoritate. virtute: f. honoribus. cum haec res pro voluntate populi Romani esset iudicata; Ver I 5.

proagorus, Ortsvorstand: I. Dionysiarchum ad se proagorum, hoc est summum magistratum, vocari iubet; Ver IV 50. — II. proagori Sopatri iussu; Ver IV 92.

proavus, Urgroßvater, Ahnherr, Vorfahr: I, 1. Tuditanum istum, proavum Hortensii, plane non noram; A XIII 6, a (4). — 2. de proavo multum cogitato tuo; ep III 11, 5. et de duobus avis iam diximus et de tribus proavis; Bru 212. — II. quo in bello virtus enituit M. Catonis, proavi tui; Muren 32.

probabilis, beifallswürdig, tüchtig, annehmbar, glaublich, wahrscheinlich: A. alqd: f. B. causam probabilem tu quidem adfers; Ac I 10. Galbae disputationem sibi probabilem et prope veram videri; de or I 240. quod multa falsa probabilia sint; Ac II 103. probabile genus est orationis, si non nimis est comptum atque expolitum; part or 19. probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse ea, quae soleut apparere in veritate; inv I 29. Antonius probabiliorem hoc populo orationem fore censebat suam, si . .; de or II 4. probabilis orator, iam vero etiam probatus; Bru 263. ut eius facti probabilis ratio reddi possit; fin III 58. alia visa esse probabilia, alia non probabilia; Ac II 99. — B, I, 1. probabile est id, quod fere solet fieri aut quod in opinione positum est aut quod habet in se ad haec quandam similitudinem, sive id falsum est sive verum. in eo genere, quod fere fieri solet, probabile huius modi est: „si mater est, diligit filium". in eo autem, quod in opinione positum est, huius modi sunt probabilia: impiis apud inferos poenas esse praeparatas ‖ paratas ‖; inv I 46. omne probabile, quod sumitur ad argumentationem, aut signum est aut credibile aut indicatum aut comparabile; inv I 47. — 2. sum: f. 1. — II, 1. sic inducto et constituto probabili; A II 105. qui probabilia sequitur; Ac II 108. sumo: f. I, 1. inv I 47. — 2. (sapiens) utitur probabilibus; Ac II 110.

probabilitas, Wahrscheinlichkeit: I. (sapiens) sequens probabilitatem, ubicumque haec aut occurrat aut deficiat; Ac II 104. — II. sequor: f. I. — III. ne cui falso adsentiamur neve umquam captiosa probabilitate fallamur; fin III 72.

probabiliter, beifallswert, glaublich, mit Wahrscheinlichkeit: probabiliter concludi putant non omnia fato fieri; fat 40. quas (sententias) putat probabiliter posse defendi; Ac II 138. rem breviter exponere et probabiliter et aperte; orat 122.

probatio, Musterung, Billigung, Genehmigung, Abnahme, Schein der Wahrheit: I. tale visum nullum esse, ut perceptio consequeretur ‖ consequatur ‖, ut autem probatio, multa; Ac II 99. probatio futura est tua; Ver I 142. — II. hoc idem Sophocles si in athletarum probatione dixisset; of I 144. pretium datum ob probationem; Font 17.

probator, Billiger, Abnehmer: I. huius rationis non modo [non] inventorem, sed ne probatorem quidem esse me; Caecin 85. — II. quid interest inter suasorem facti et probatorem? Phil II 29.

probe, gut, richtig: de aquae ductu probe fecisti; A XIII 6, 1. hoc probe stabilito et fixo: Tusc I 88. quem (Antipatrum) tu probe meministi: de or III 194. Thucydides res gestas et bella narrat et proelia, graviter sane et probe; orat 30. eius aequitatem animi probe novi; agr I 14. exercitum adduxi satis probe ornatum auxiliis; ep II 10, 2. stabilio: f. figo. nos probe tenere aliis quoque rationibus tractari argumentationes; inv I 77.

probitas, Biederkeit, Rechtschaffenheit: I. innatam esse homini probitatem gratuitam, non invitatam voluptatibus nec praemiorum mercedibus evocatam; fin II 99. paedagogi probitas me id suspicari vetat; A XII 33, 2. — II, 1. quodsi tanta vis probitatis est, ut eam in hoste etiam diligamus; Lael 29. evoco, invito: f. I. innascitur. virtus, probitas, integritas in candidato requiri solet; Planc 62. — 2. cum separatim de probitate eius et moribus dicturus fuissem; ep XIII 10, 3. — II. qui (pudor) probitatis commendatione prodesset; de or I 122. effigiem et humanitatis et probitatis suae filium; fin II 58. quod (hic) spem magnam mihi adferebat summae probitatis; ep VI 9, 1. vis: f. II, 1. diligo. — III, 1. quae quo maior est vis, hoc est magis probitate iungenda; de or III 55. quis est illo probitate praestantior? Marcel 4. — 2. cum propter virtutem et probitatem etiam eos, quos numquam vidimus, quodam modo diligamus; Lael 28.

probo, prüfen, erproben, bewähren, anerkennen, billigen, genehmigen, gelten lassen, annehmbar, glaublich machen, beweisen, erweisen: I. 1, a. ad probandum duplex est oratori subiecta materies: de or II 116. — b. probandi species est, percipiendi signum nullum habemus; Ac II 111. — 2. nec dico temporis causa, sed ita plane probo; Ac II 113. — II, 1. de te, Catilina, cum quiescunt, probant; Catil I 21. — 2. qui probari potest, ut sibi mederi animus non possit? Tusc III 5. — 3. nihil factum esse cuiquam probatur, nisi aliquid, quare factum sit, ostenditur; inv II 19. cum graviter ex intestinis laborarem neque iis me probarem non valere; ep VII 26, 1. (magistri) probaverunt mihi sese, quo minus id facerent, impediri; ep XII 30, 5. — III. qua in legatione et civibus et sociis ita se provavit, ut . .; Ligar 2. Pompeium quod una ista in re non ita valde probas; leg III 26. ut, quod in universo sit probatum, id in parte sit probari necesse; orat 45. si dignitas est bonis viris probare, quod sentias; ep IV 14, 1. sic ei probatum est, quod ad te scribo, ut ipse crediderit; A XVI 5, 2. qui ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, aequitas, liberalitas; Lael 19. aut iustitiam aut amicitiam propter utilitates asciscì aut probari; fin III 70. qui (auctores) a te probantur; A VIII 14, 2. probabit fidem et auctoritatem et religionem suam L. Suetius; Ver I

14. si modo te posses docere emisse, facile, cui velles, tuam causam et factum probares; Ver IV 28. vide, hanc conclusionem probaturusne sis; Ac II 96. ut sua consilia optimo cuique probarent; Sest 96. subgrande cubiculum et hibernum alterum ‖ altum ‖ valde probavi; Q fr III 1, 2. putabam non solum notis, sed etiam ignotis probatam meam fidem esse et diligentiam; Ver I 19. cum sint, qui omnino nullam divinationem probent; div I 113. factum: f. causam. fidem: f. aequitatem, auctoritatem, diligentiam. cum videatis egentem, probatum suis filium; Sex Rosc 152. mihi monstrum videbatur civitatum frumentum improbare, suum probare; Ver III 171. si ullum probarem simplex rei publicae genus; rep II 43. quicquid de homine probando aut improbando dicitur; inv II 110. ceterarum homines artium spectati et probati; de or I 124. hominem probo; A X 17, 1. integritatem: f. aequitatem. illud unum derectum iter ad laudem cum labore qui probaverunt; Cael 41. iustitiam: f. amicitiam. liberalitatem: f. aequitatem. quos (libros) tibi valde probabo; A IV 14, 1. cur animi medicina nec tam multis grata et probata (sit); Tusc III 1. illius fani antistitae, probatae ac nobiles mulieres; Ver IV 99. qui facile officium suum et praestare et probare possunt; Font 18. probabilis orator, iam vero etiam probatus; Bru 263. tamquam ad picturam probandam adhibentur etiam inscii faciendi; opt gen 11. quorum ratio mihi probatur; fin III 16. religionem: f. auctoritatem. qui (Carneades) nullam umquam rem defendit, quam non probarit; de or II 161. qui poterat salus sua cuiquam non probari? Milo 81. quarum (sententiarum) nullam probo; Lael 56. haec sententia sic et illi et nobis probabatur, ut . .; ep I 7, 5. ut vel severissimis disceptatoribus M. Caelii vitam me probaturum esse confidam; Cael 35. — IV. eumne testem improbabit, quem iudicem probarit? Q Rosc 45.

probrosus, schimpflich: de quo vos homine ne ab inimicis quidem ullum fictum probrosum non modo crimen, sed ne maledictum quidem audistis; Font 37.

probrum, Schimpf, Schmach, Vorwurf: I, 1. multis probris obiectis; de or II 285. — 2. si illis iniuria inimicorum probro non fuit; dom 87. — 3. cum artem ludicram scaenamque totam in probro ducerent; rep IV 10. — II. epistulas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum; A XI 9, 2. — III. in falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur; Font 33. — IV, 1. Hermippum probris omnibus maledictisque vexat; Flac 48. — 2. nisi sumptus effusi cum propro (proferantur); Sex Rosc 68.

probus, tüchtig, gut, brav, rechtschaffen, sittsam, bescheiden: A. facere probus adulescens periculose quam perpeti turpiter maluit; Milo 9. in ipso ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat; of I 103. si (sapiens) proficiscatur probo navigio; Ac II 100. qui (poëta) peccat etiam, cum probam orationem adfingit improbo; orat 74. sin probae res; orat 170. pulsus est modestior rex et probior et integrior; A X 7, 1. ut probi, ut bene morati, ut boni viri esse videantur; de or II 184. — B, a, I. considera, quis quem fraudasse dicatur: probus improbum; Q. Rosc. 21. — II, 1. quae (lex) neque probos frustra iubet aut vetat; rep III 33. — 2. ea omnia, quae proborum, demissorum sunt; de or II 182. — 3. ut (ista) et ‖ etiam ‖ improbi habeant et absint probis; par 7. — b. quod insit in iis aliquid probi, quod capiat ignaros; of III 15.

procacitas, Begehrlichkeit, Zudringlichkeit: a procando, id est poscendo, procacitas nominata est; rep. IV 6.

procax, frech, dreist, zudringlich: scio te non esse procacem in lacessendo; ep VII 13, 2. mihi procax Academia videbitur si . .; nat I 13. temeraria, procax, irata mulier; Cael 55.

procedo, gehen, vortreten, auftreten, erscheinen, vorrücken, fortschreiten, Fortschritte machen, von statten gehen, glücken: I. si non longius, quam ‖ quoad ‖ opus est, in narrando procedetur; inv. I 28. — II. is processisset honoribus longius, nisi . .; Bru 180. L. Cotta dicendi non ita multum laude processerat; Bru 137. quantum (Isocrates) aetate procedebat; orat 176. in portum Corcyraeorum ad Cassiopen stadia CXX processimus; ep XVI 9, 1. ut omnia prospere procedant; ep XII 9, 2. quid agam nunc, cui nihil procedit? A X 12, 1. (Phalereus adulescens) processerat in solem et pulverem ut e Theophrasti umbraculis; Bru 37. huic ad urbem venienti tota obviam civitas processerat; Sest 68. non numquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum dicendi procedere; de or I 123. haec tibi laudatio procedat in numerum; Ver IV 20. illi ipsi in medium coacervati ‖ conservati ‖ loci procedent; inv II 46. quoniam huius voluminis magnitudo longius processit; inv I 109. pergit in me maledicta, quasi vero ei pulcherrime priora processerint; Phil XIII 14. ut ratione et via procedat oratio; fin I 29. non imitor λακωνισμὸν tuum; altera iam pagella procedit; ep XI 25, 2. aut non respondendo aut male respondendo longius rogationem procedere non sinit; inv I 54. — III. biennium praeteriit, cum ille Καλλιππίδης adsiduo cursu cubitum nullum processerat ‖ processerit ‖; A XIII 12, 3. etsi aliquantum iam viae processero; A VI 5, 1.

procella, Sturm: I. multo ante prospexi, quanta impenderet procella, rei publicae; har resp 4. »fulix nuntiat horribiles clamans instare procellas«; div I 14. — II. ut procellam temporis devitaret; Ver pr 8. procellae, turbines dei putandi; nat III 51. — III em ‖ en ‖ causam, cur lex tam egregia maximo imbri, tempestate, ventis, procellis, turbinibus feretur; Phil V 15.

procer, Vornehmster, Aristokrat: audiebam nostros proceres clamitantes . .; ep XIII 15, 1.

procere, ausgestreckt: brachium procerius proiectum; de or III 220.

proceritas, hoher Wuchs, Länge: I. candor huius te et proceritas pepulerunt; Cael 36. — II. cum admiraretur Lysander proceritates arborum; Cato 59. — III. fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius; orat 212.

procerus, hoch, schlank, lang: erat eo tempore procerum et tenue collum; Bru 313. anapaestus, procerior quidam numerus; de or III. 185. inter has procerissimas populos; leg I 15. cum (ibes) sint aves excelsae, corneo proceroque rostro; nat I 101. »procera Vincla videbis«; nat II 114.

processio, Vorrücken: ut ex iis locis a militibus nostris reditus magis maturus quam processio longior quaereretur; imp Pomp 24.

processus, Fortschritt, Fortgang: quod gradus tuos et quasi processus dicendi studeo cognoscere; Bru 232. (C. Piso) tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur; Bru 272. iam favet processumque vult; orat 210.

procinctus, Kampfbereitschaft: I. ex quo in procinctu testamenta perierunt; nat II 9. — II. tamquam in procinctu testamentum faceret sine libra atque tabulis; de or I 228.

proclamo, laut rufen: parentes propinquique miserorum adulescentium adsunt, defendunt, proclamant; Ver V 108.

proclivi, abwärts, leicht: proclivi currit oratio; fin V 84. brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius; orat 191.

proclivis, abschüssig, abwärts, geneigt, bereitwillig, leicht: A. ut sit alius ad alios motus per-

turbationesque proclivior; Tusc IV 81. dictu est proclive; of II 69. adulescentiam procliviorem esse ad libidinem; part or 34. amicitia remissior esse debet et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior; Lael 66. illud alterum litterarum genus cotidie mihi fiet proclivius; ep VI 10, 6. — B. ut anteponantur proclivia laboriosis; Top. 69.

proclivitas, Geneigtheit: I. haec aliorum ad alios morbos proclivitas late patet; Tusc IV 27. — II. haec proclivitas ad suum quodque genus a similitudine corporis aegrotatio dicatur; Tusc IV 28.

proco, verlangen: a procando, id est poscendo procacitas nominata est; rep IV 6.

proconsul, Proconsul: I. quam multi anni sunt, cum bella a proconsulibus et a propraetoribus administrantur, qui auspicia non habent! div II 76. cum proconsul in Ciliciam proficiscens venissem Athenas; de or I 82. — II. in Africam profectus est (M. Caelius), P. Pompeio proconsuli contubernalis; Cael 73. — III a: f. I. habent.

procrastinatio, Vertagung, Aufschub: plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est; Phil VI 7.

procrastino, vertagen, aufschieben: I. iste non procrastinat; Ver I 141. — II. rem procrastinare isti coeperunt; Sex Rosc 26.

procreatio, Hervorbringung, Zeugung: I. quae procreatio vitis aut arboris tantam naturae sollertiam significat, quantam ipse mundus? nat II 85. — II. dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreationes habet? div II 96. — 3. quem ad modum volucres videmus procreationis atque utilitatis suae causa construere nidos; de or II 23.

procreator, Erzeuger, Urheber: I. animum cum ille procreator mundi deus ex sua mente genuisset; Tim 26. — II. ut ii, qui procreati essent, a procreatoribus amarentur; fin IV 17.

procreatrix, Erzeugerin: omnium laudatarum artium procreatricem quandam et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Graeci vocant, ab hominibus doctissimis iudicari; de or I 9.

procreo, hervorbringen, erzeugen, erschaffen, zeugen, gebären: I. 1, a. quae (seminum vis) ad gignendum procreandumque plurimum valeat; div II 94. — b. cum sit hoc natura commune animantium, ut habeant libidinem procreandi; of I 54. — 2. violatur is, qui procreavit, is, qui aluit, is, qui erudivit; par 25. — II. quodsi non ex ea (Cornelia Ti. Gracchus) duos Gracchos procreasset; inv I 91. quae (bestiae) procreaverunt; nat II 129. sic deus ille aeternus hunc perfecte beatum deum procreavit; Tim 21. quae multiplices fetus procreant, ut sues, ut canes; nat II 128. ubi cum de matre familias Tarquiniensi duo filios procreavisset; rep II 34. hominum societas et communitas institiam procreavit; nat III 38. qui neque procreare iam liberos possit; dom 34. quae (terra) ex stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreet; Cato 52. — III. idcirco singularem deus hunc mundum atque unigenam procreavit; Tim 12.

procudo, schmieden, bilden: non solum acuenda nobis neque procudenda lingua est, sed . .; de or III 121.

procul, fern, weit, in, aus der Ferne: I. ut non procul abhorreat ab insania; Sex Rosc 68. te quasi quidam aestus ingenii tui procul a terra abripuit; de or III 145. procul aberam ab re ipsa et a locis; ep III 5, 4. si palam audire eos non auderes, procul, quid narrarent, attendere; de or II 153. procul a terris id evenit; Tusc I 42. quam procul a suspicione fugit! agr III 6. cuicumque particulae caeli officeretur, quamvis esset procul, mutari lumina; de or I 179. non procul a suis finibus exercitum populi Romani esse; ep XV 2, 2. qui haec procul videat; Bru 290. — II. quae est alia fortitudo nisi animi adfectio procul ab omni metu? Tusc V 41.

procuratio, Besorgung, Verwaltung, Sühnung: I. dum me rei publicae non solum cura, sed quaedam etiam procuratio tenebat; Ac I 11. — II, 1. mihi sacrarum aedium procurationem esse commissam; Ver V 36. ut sue plena procuratio fieret; div I 101. nullam habere rerum humanarum procurationem deos; nat I 3. mearum reliquarum rerum maximeque existimationis meae procurationem susceptam velim habeas; ep XV 13, 3. — 2. huic procurationi certum magistratum praefecerat; leg II 66. — 3. quod in annonae caritate quaestorem a sua frumentaria procuratione senatus amovit; har resp 43. philosophiam nobis pro rei publicae procuratione substitutam putabamus; div II 7. cum ad eius (annonae) procurationem Pompeius vocaretur; A IV 1, 6. — III. si est idem in procuratione civitatis egregius; de or I 215. — IV. quaestoriae tuae procurationis illa sunt nomina; Ver I 99.

procurator, Verwalter, Geschäftsführer, Anwalt, Stellvertreter: I, 1. non alia ratio iuris (est), utrum me tuus procurator deiecerit, is qui legitime procurator dicitur omnium rerum eius, qui in Italia non sit, hoc est alieni iuris vicarius, an tuus colonus aut vicinus; Caecin 57. et si † fortasse ego a te huius voluntarius procurator petam, quod . .; Bru 17. procuratores postulant, ut ex lege Rupilia dicam scribi iubeat; Ver II 59. interea T. Roscius, procurator Chrysogoni, Ameriam venit; Sex Rosc 23 — 2. non quo omnes sint aut appellentur procuratores, qui negotii nostri aliquid gerant; Caecin 57 (56). — II, 1. appello: f. I. 2. commendo tibi eius (Trebonii) procuratores; ep I 3, 2. dico: f. I. 1. deiecit. sit oppositus bonus et sapiens quasi tutor et procurator rei publicae; rep II 51. — 2. si mandandum (sit) aliquid procuratori de agri cultura; de or I 249. — 3. dum a Dolabellae procuratoribus exigam primam pensionem; ep VI 18, 5. — III. summe constat procuratoris diligentis officium; Quinct 61.

procuratrix, Pflegerin: cum sapientiam totius hominis custodem et procuratricem esse vellent; fin IV 17.

procuro, besorgen, verwalten, sühnen: I. »quibus divis (haruspices) creverint, procuranto«; leg II 21. — II. in quo (rei publicae statu) etiamsi nihil procuro, tamen nihil curare vix possum; Q fr III 9, 3. procura, quantulacumque est, Precianam hereditatem; A VI 9, 2. monstris interpretandis ac procurandis; div I 3. is (T. Pinarius) procurat rationes negotiaque Dionysii nostri; ep XII 24, 3. quae (negotia) procurant liberti; ep XIII 33. in pecunia maxima procuranda; Font 5. rationes: f. negotia. omnia levius casura rebus divinis procuratis; div II 25.

procus, Freier, Bewerber: I. „centuriam fabrum" et „procum", ut censoriae tabulae loquuntur, audeo dicere, non „fabrorum" aut „procorum"; orat 156. — II. hos ignotos atque impudentes procos repudiemus; Bru 330. — III. quae in procorum epulis canuntur; Bru 71.

prodeo, hervorgehen, hinausgehen, auftreten, sich zeigen: I. prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas; Ver I 80. — II. esse nuntiatum Simonidi, ut prodiret; de or II 353. ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas; of I 140. an ego tibi obviam non prodirem? ep III 7, 4. scio equidem te in publicum non prodire; A VIII 11, 7. videsne, quam ea (eloquentia) sero prodierit in lucem? Bru 39. permagnum existimans tres Olympionicas una e domo prodire; Tusc I 111. quae (oratio) non sit foras proditura nisi re publica recuperata; A XV 13, 7. quae (res) non prodeunt

in aciem; ep VI 1, 5. — III. si testis prodierit (Capito); Sex Rosc 84.

prodico, festsetzen, verschieben: I. f. prodigium, II. dico. — II. prodicta dies est in VIII Idus Febr.; Q fr II 3, 1. Clodius in Quirinalia prodixit diem; Q fr II 3, 2.

prodige, verschwenderisch: non possunt non prodige vivere; Phil XI 13.

prodigium, Wunder, Wunderzeichen, Ungeheuerlichkeit, Ungeheuer: I, 1. multa saepe prodigia vim eius (Cereris) numenque declararunt; Ver IV 107. — 2. mihi prodigium videbatur civitatum frumentum improbare, suum probare; Ver III 171. — II. hominibus ea ostendi, monstrari, portendi, praedici; ex quo illa „ostenta, monstra, portenta, prodigia" dicuntur; nat II 7. quia ostendunt, portendunt, monstrant, praedicunt ‖ prodicunt ‖, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur; div I 93. habebam inimicum non C. Marium, sed duo importuna prodigia; Sest 38. quod prodigium in provinciam misimus? Ver IV 47. — III. quod (maleficium) ita raro exstitit, ut prodigii simile numeretur; Sex Rosc 38. — IV. sive prodigiis atque portentis di immortales nobis futura praedicunt; Phil IV 10.

prodigus, verschwenderisch: quorum (largorum) alteri prodigi, alteri liberales, prodigi, qui epulis et visceratiοnibus pecunias profundunt; of II 55.

proditio, Verrat: I. hinc patriae proditiones nasci; Cato 40. — II. multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis; ep V 12, 4. — III. quid egit nisi uti falsam proditionis a se suspicionem depelleret? Phil XII 6. ut capta res publica consulum proditione teneretur; dom 129.

proditor, Verräter: I. sedentibus in templo duobus proditoribus huius civitatis; Vatin 18. — II, 1. qui duo nefarios patriae proditores legibus exterminarat; Vatin 25. — 2. nemo umquam sapiens proditori credendum putavit; Ver I 38. — III. saturavi perfidiam et scelus proditorum; dom 44. nemo parricidae aut proditoris supplicio misericordia commovetur; Tusc IV 18.

prodo, aufstellen, ernennen, übergeben, überliefern, preisgeben, verraten: I. ut poëtae tragici prodiderunt; of III 97. — II, 1. quid cuique significaretur, (Assyrii) memoriae prodiderunt; div I 2. — 2. quia memoria ‖ memoriae ‖ sic esset proditum, ei nullum esse postliminium; de or I 181. si memoriae proditum est poëtas nobiles poëtarum aequalium morte doluisse; Bru 3. — 3. quem exstet et de quo sit memoriae proditum eloquentem fuisse; Bru 57. — III. cum amici partim deseruerint me, partim etiam prodiderint; Q fr I 3, 5. si me a meis consiliariis proditum et proiectum vides; A III 19, 3. ne meos omnes tam temere proderem; A X 9, 2. qui (maiores) sacra, qui caerimonias, qui auspicia et ipsi sanctissime coluerunt et nobis suis posteris prodiderunt; Milo 83. in verborum errore versari, rem et causam et utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere; Caecin 50. quod classem praedonibus prodidissent; Ver V 106. qui quaestor consulem suum prodere ausus sit; Ver III 6. scelus dicebas esse dogma prodere; Ac II 133. in virorum fortium factis memoriae prodendis; ep VI 12, 5. illo ipso die Lanuvii a dictatore Milone prodi flaminem necesse esse; Milo 46. ea (gloria) est prodenda liberis nostris; Q fr I 1, 44. cuius (Lacedaemonii) ne nomen quidem proditum est; Tusc I 100. ut peccatum est patriam prodere; fin III 32. rem: f. causam. sacra f. auspicia. sermonem P. Crassi memoriae prodamus; de or III 14. urbem philosophiae proditis, dum castella defenditis; div II 37. utilitatem: f. causam.

prodromus, Bote, Kurier, Nordwind: mihi Pompeiani prodromi nuntiant aperte Pompeium acturum . .; A I 12, 1. magis commode quam strenue navigavi; remis enim magnam partem, prodromi nulli; A XVI 6, 1.

produco, vorführen, einführen, auftreten lassen, üben lassen, hinhalten, vorziehen, auszeichnen, verlängern, ausdehnen: I. condicionibus hunc, quoad potest, producit; Quinct 30. qui capitibus involutis in piratarum captivorum numero producebantur, ut securi ferirentur; Ver V 156. a quibus producti sunt, exsistunt eorum ipsorum tyranni; rep I 68. cuius rei non nullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum otio Cicerone nostro minore producendo; Q fr II 12, 2. longum est, quod pluribus verbis aut sententiis ultra quam satis est producitur; inv I 26. productiora aliqua (sentit) et quasi immoderatius excurrentia; orat 178. ista dicam Graece προηγμένα, Latine autem „producta"; fin IV 72. eadem Stoici „praecipua" vel producta" dicunt, quae „bona" isti; Tusc V 47. tu in iudicium archipiratam domo producere ausus es; Ver V 136. harum rerum omnium auctores testesque produco; Ver V 131. cives Romanos ad necem producere instituit; Ver V 157. quod (convivium) ad multam noctem vario sermone producimus; Cato 46. „indoctus" dicimus brevi prima littera, „insanus" producta; orat 159. nomen productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando paulum primis litteris immutatis; nat II 66. regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem (id est enim προηγμένον); fin III 52. hunc ipsum sermonem produxi longius; Bru 251. extrema (syllaba) producta atque longa; de or III 183. testes: f. auctores. quamquam Varro vitam Naevii producit longius; Bru 60. — II. cum ego P. Granium testem produxero; Ver V 154.

producte, gedehnt: „indoctus" dicimus brevi prima littera, „insanus" producta, „inhumanus" brevi, „infelix" longa. et, ne multis, quibus in verbis eae primae litterae sunt, quae in „sapiente" atque „felice", producte dicitur, in ceteris omnibus breviter; orat 159.

productio, Verlängerung, Dehnung: I. in quo („postliminio") Servius nihil putat esse notandum nisi „post", et „liminium" illud productionem esse verbi vult; Top 36. — II. ut aut contractione brevius fieret aut productione longius; de or III 196. quem ad modum oportunitas non fit maior productione temporis; fin III 45.

proëgmena, vorzuziehende Dinge: ne hoc „ephippiis" et „acratophoris" potius quam „proëgmenis" et „apoproëgmenis" concedatur; fin III 15.

proelior, kämpfen, ein Treffen liefern: I. quamquam paratissimos milites ad proeliandum videant; Phil IV 11. — II. sic acriter et vehementer proeliatus sum. ut . .; A I 16, 1.

proelium, Kampf, Treffen, Gefecht: I, 1. pullarius diem proelii committendi differebat; div I 77. cum (Salinator) multa ex ea (arce) proelia praeclara fecisset; de or II 273. ut caveat, ne proelium ineat; of I 37. Thucydides res gestas et bella narrat et proelia; orat 30. quod scribis proelia te mea causa sustinere; ep IX 11, 2. — 2. hunc acerrimis illis proeliis et maximis, Sucronensi et Turiensi, interfuisse; Balb 5. — 2. ut alius inter manus e convivio tamquam e proelio auferretur; Ver V 28. — II. cum proelii certamen varium atque anceps fuisset; rep II 13. vidimus tuam victoriam proeliorum exitu terminatam; Marcel 17. semper incerti exitus proeliorum sunt; ep VI 4, 1. — III, 1. cum acerrimis nationibus proeliis felicissime decertavit; prov 33. magnas hostium copias multis proeliis esse deletas; imp Pomp 21. cum A. Postumius proelio dimicaret; nat II 6. a quo Caudino proelio consules superati sunt; Cato 41. — 2. Cimbri et Celtiberi in proeliis exsultant; Tusc II 65.

profanus, ungeweiht: cum omnia victoria illa sua profana fecisset; Ver IV 122. ex quo fores

in liminibus profanarum aedium „ianuae" nominantur; nat II 67. sacer an profanus locus sit; inv I 38. cum (L. Mummius) Thespiadas ceteraque profana ex illo oppido signa tolleret; Ver IV 4.

illa coniuratorum manus voluit urbem, vos eius domum, quem propter urbs incensa non est; Piso 15. quos propter omnia amisimus; A X 4, 1. — 2. propter tuum in me amorem nostramque necessitudinem vehementer confidit . .; ep I 3, 1. fieri omnia illa propter argentum; Ver IV 40. eam suspicionem propter hanc causam credo fuisse, quod . .; Bru 100. ut frangerer animo propter vitae cupiditatem; Phil II 37. cuius propter fidem et religionem iudicis testes compararit ‖ comparabat ‖; Q Rosc 45. quem (Tironem) propter humanitatem et modestiam malo salvum quam propter usum meum; A VII 5, 2. ut homines propter iniurias licentiamque decumanorum mortem sibi ipsi consciverint; Ver III 129. a quo erant ipsi (equites) propter iudicia abalienati; de or II 199. licentiam: ſ. iniurias. quod propter eius ingenii magnitudinem vellem; de or I 233. iam diu propter hiemis magnitudinem nihil ad nos novi adferebatur; ep II 14. modestiam: ſ. humanitatem. necessitudinem: ſ. amorem. non vos tam propter iuris obscuram dubiamque rationem bis iam de eadem causa dubitasse quam . .; Caecin 6. religionem: ſ. fidem. si propter alias res virtus expetitur; leg I 52. qui (conventus Capuae) propter salutem illius urbis consulatu conservatam meo me unum patronum adoptavit; Sest 9. regiones omni cultu propter vim frigoris aut caloris vacantes; Tusc I 45. usum: ſ. humanitatem.

B. **Adverb:** I. gladium propter appositum e vagina eduxit; nat II 14. cum duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent; Sex Rosc 64. si (caules) propter sati sint; nat II 120. qui tum consulto propter in occulto stetissent; Cluent 78. — II. »propter Aquarius obscurum dextra rigat amnem«; fr H IV, a, 417.

propterea, deswegen, deshalb: I. neque, quod quisque potest, id ei licet, nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur; Phil XIII 14. cum homines bestiaeque hoc calore teneantur et propterea moveantur ac sentiant; nat II 31. — II. diligi iucundum est propterea, quia tutiorem vitam efficit; fin I 53. quodsi is esset Panaetius, qui virtutem propterea colendam diceret, quod ea efficiens utilitatis esset; of III 12. cum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram; ep IX 18, 1. haec propterea de me dixi, ut mihi Tubero ignosceret; Ligar 8.

propudium, Schandbube: quos optimos viros interemit propudium illud et portentum, L. Antonius; Phil XIV 8.

propugnaculum, Schutzwehr, Schutz, Bollwerk: I. duo propugnacula belli Punici, Cn. et P. Scipiones, cogitassene videntur . .? par 12. — II, 1. lex Aelia et Fufia eversa est, propugnacula tranquillitatis atque otii; Piso 9. domus ut propugnacula et praesidium habeat, Philotimo dicetis; ep XIV 18, 2. — 2. ut propugnaculo ceteris posset (illa navis) esse; Ver V 89.

propugnatio, Verteidigung: I. ne mea propugnatio ei potissimum defecisse videatur; Sest 3. — II. suscepi mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis; ep V 8, 1. — III. propter tuam propugnationem salutis meae; ep I 9, 2.

propugnator, Kämpfer, Verfechter, Verteidiger: I. 1. Mucius, quasi patrimonii propugnator, quid attulit, quod . .? de or I 244. — 2. alter fuit propugnator mearum fortunarum, C. Piso; sen 38. — II, 1. senatum rei publicae propugnatorem conlocaverunt; Sest 137. de Cn. Pompeio, propugnatore et custode imperii, interficiendo consilia inibantur; dom 129. — 2. spoliari rem publicam propugnatoribus arbitrabantur; Sest 103. — III. classis inops propter dimissionem propugnatorum; Ver V 86.

propugno, kämpfen, streiten: ut non oppugnare commoda patriae, sed pro his propugnare possit; inv I 1. cum pro mea salute acerrime propugnaret; ep XI 16, 2. non (bestiae) pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant? Tusc V 79. eam (fortitudinem) virtutem esse propupnantem pro aequitate; of I 62.

propulso, abwenden, abwehren: quo usque tantum bellum privatis consiliis propulsabitur? Phil III 3. per quam (vindicationem) vim et contumeliam defendendo aut ulciscendo propulsamus a nobis; inv II 66. frigus, famem propulsare possimus necne possimus; fin IV 69. extra propulsandorum hostium causam; rep III 35. ut inimicorum impetus propulsare possim; Muren 2. cum a sociis et a se iniuriam propulsaret; Planc 34. omnes ad pericula propulsanda concurrimus; Muren 45. qui ad servitutem propulsandam ingenuo dolore excitetur; Phil X 18. vim: ſ. contumeliam.

propylaea, Vorhof: quod (Pericles) tantam pecuniam in praeclara illa propylaea coniecerit; of II 60.

prora, Schiffsvorderteil: 1. quid tam in navigio necessarium quam latera, quam prora, quam puppis? de or III 180. — 2. mihi „prora et puppis“, ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares; ep XVI 24, 1.

proripio, fortreißen, hervorstürzen: quod adulterium, quod stuprum, quae libido non se proripiet ac proiciet? fin II 73. cum repente hominem proripi iubet; Ver V 161. libidinem, al.: ſ. adulterium.

prorogatio, Aufschub: ego vero utar prorogatione diei; A XIII 43.

prorogo, verlängern, verschieben, aufschieben: ipse adsum, nisi quid tu prorogas; A XIII 34. ſ. tempus. paucis tibi ad solvendum prorogatis diebus; Phil II 74. quodsi tibi prorogatum imperium viderem; Q fr I 1, 4. esse etiam fortunae potestatem in nos prorogatam; Q fr I 1, 4. ne provincia nobis prorogetur; A V 11, 1. ne patiare quicquam mihi ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari; ep II 7, 4. ne mihi tempus prorogetur; ep XV 13, 3.

prorsus, prorsum (prosus, prosum), geradezu, ganz und gar, durchaus: verbum prorsus nullum intellego; de or II 61. gladiatores emptos esse ad caedem, ita prorsus; Sulla 54. ita prosus existimo; fin I 23. his prorsus adsentior; div II 100. prorsus ‖ prosus ‖ adsentior; leg II 17. immo prorsus ‖ prosus ‖ ita censeo; leg II 23. sic prorsum ‖ prosum ‖ censeo; leg III 49. prorsus cum libero omni suspicione cupiditatis; ep I 2, 3. venies exspectatus, neque solum nobis, sed prorsus omnibus; ep IV 10. iam prorsus occallui; A II 18, 4. prorsus non videbatur esse dubium, quin . .; A XIII 45, 1. de summa agi prorsus vehementer et severe volo; A XVI 15, 2.

prorumpo, hervorbrechen: prorupit (hic archipirata) subito Brundisium; Phil XIII 18. eo prorumpere hominum cupiditatem et scelus et audaciam; Sex Rosc 12.

prosapia, Geschlecht, Familie: reliquos (deos ex his generatos editosque) et eorum, ut utamur vetere verbo, prosapiam; Tim 39.

proscribo, bekannt machen, ankündigen, ausbieten, einziehen, ächten: I. eum non ita commode posse eo tempore, quo proscripsisset, vendere; Quinct 16. — II. proscripsit *(Milo)* ‖ *Sestius* ‖ se per omnes dies comitiales de caelo servaturum; A IV 3, 3. senatum Kalendis velle se frequentem adesse etiam Formiis proscribi iussit; A IX 17, 1. — III. occisum in proscriptorum numerum rettulistis; Sex Rosc 32. ut proscribere possit (tribunus), quos velit; dom 44. ut quid? si victus eris, proscribare? A VII 7, 7. Claudium aedes postea proscripsisse, quam

esset ab auguribus demoliri iussus; of III 66. de auctione proscribenda equidem locutus sum cum Balbo; A XIII 37, 4. cuius (Domitii) modo bona proscripta vidi; Phil XI 13. non proscripta neque edicta die; Ver I 141. fundum proscripsit; Tul 16. cum proscriberentur homines; Sex Rosc 16. horti quam in diem proscripti sint; A XII 49, 3 (2). quo nomine proscriptam (legem) videtis; Ver V 177. Bacilius tabulam proscripsit se familiam Catonianam venditurum; Q fr II 4, 5. Tusculanum proscripsi; A IV 2, 7. ut venationem eam proscriberent *in* III IDUS QUINCTILES; A XVI 4, 1.

proscriptio, Bekanntmachung, Ausbietung, Einziehung, Ächtung: I. dissolvit, II. dissolvo; f. scribo. qui nec multitudinem creditorum nec bonorum proscriptionem effugere potnisset; sen 11. quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant; Sex Rosc 128. ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata; A XI 6, 2. ne nova per vos proscriptio instaurata esse videatur; Sex Rosc 153. quid, si iis verbis scripta est ista proscriptio, ut se ipsa dissolvat? dom 50. — III. cum caput meae proscriptionis recitaretur; sen 4. equites Romanos proscriptionis metu esse permotos; sen 33. illud tempus Sullanarum proscriptionum praetermittam; Ver I 43. — IV. in ista postulatione et proscriptione bonorum improbissimus reperiebare; Quinct 56.

proscripturio, in die Acht erklären wollen: ita sullaturit animus eius (Gnaei) et proscripturit iam diu; A IX 10, 6.

prosemino, aussäen, fortpflanzen: cum essent plures orti fere a Socrate, proseminatae sunt quasi familiae dissentientes inter se; de or III 61. sollertiam eam, *quae* posset vel in tegulis proseminare ostreas; fr F V 78.

prosequor, begleiten, geleiten, verfolgen: I. in primis finibus tibi se praesto fuisse dicit, usque ad ultimos prosecutum; Deiot 42. — II. te quibus studiis prosequemur! Marcel 10. cum te Puteolis prosequerer; ep III 10, 8. cum te prosequerer paludatum; ep XIII 6, 1. domus tua tota me semper omnibus summis officiis prosecuta est; ep XV 10, 2. mirabilis eum (Pansam) virorum bonorum benivolentia prosecuta est; ep XV 17, 3. quod eum (Domitium publicani) essent cum equis prosecuti; Q fr II 11 (13), 2. is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est nec . .; A VI 3, 6. qui eius indomitos furores plausu etiam suo prosequebantur; har resp 52. eas (laudes) etiam cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen neniae; leg II 62. tantus eos (mortuos) honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum; Lael 23. quod gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adulescentis; Phil IV 3. illius mortis oportunitatem benivolentia potius quam misericordia prosequamur; Bru 4. reliquum est, ‖*ut*‖ tuam profectionem amore prosequar, reditum spe exspectem; ep XV 21, 5. volatus eorum (pullorum) matres prosequuntur; nat II 129.

prosilio, hervorspringen: quos quam ob rem „temere prosiluisse“ dicas, non reperio; Cael 64. „dein temere prosiluerunt (testes)“; Cael 63.

prospecto, hinschauen, sich umsehen, erwarten: I. prospectat Cominius, quid agatur; fr A VII 3. — II. quae (navis) omnibus prospectare iam exsilium domini videbatur; Ver V 44. dies et noctes mare prospecto; A IX 10, 2.

prospectus, Aussicht: I, 1. in Palatio, pulcherrimo prospectu, porticum conceperat; dom 116. — 2. o praeclarum prospectum! Ac II 80. — II. cetera noli putare amabiliora fieri posse villa, litore, prospectu maris; A XII 9.

prosper, prosperus, günstig, glücklich: A. ut prosperos exitus consequar; A IX 7, 1. cum prospero flatu eius (fortunae) utimur; of II 19. etsi nihil est homini magis optandum quam prospera, aequabilis perpetuaque fortuna; Quir 2. est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor, qui dicitur Iovis; rep VI 17. in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluentibus; of I 90. — B. »prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit«; div II 82.

prospere, glücklich: ego vero velim mihi Tulliaeque meae prospere evenire ea, quae . .; ep III 12, 2. quicquid prospere gestum est; Marcel 6. ut omnia prospere procedant; ep XII 9, 2. omnia profluenter, absolute, prospere, igitur beate; Tusc V 53.

prosperitas, Gedeihen, Glück: I. improborum prosperitates secundaeque res redarguunt vim omnem deorum; nat III 88. — II. omnem commoditatem prosperitatemque vitae a dis se habere; nat III 86.

prospicientia, Vorsorge: uti vacuum metu populum Romanum nostra vigilia et prospicientia redderemus; Phil VII 19.

prospicio, achtgeben, vorsehen, sorgen, erblicken, voraussehen, beschaffen: I. προθεσπίζω non hariolans, sed coniectura prospiciens; A VIII 11, 3. nec praeterita nec praesentia abs te, sed ut ab homine longe in posterum prospiciente futura exspecto; ep II 8, 1. — II, 1. prospicite animis, quid futurum sit; Ver III 218. — 2. prospexistis, ne quae popularis in nos aliquando invidia redundaret; dom 69. — 3. vivi prospicere debemus, ut illorum solitudo munita sit; Ver I 153. — 4. a te peto, ut prospicias et consulas rationibus meis; ep III 2, 1. melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente; Cato 25. saluti prospexit civium; fin I 35. — III. ut ille domum suam prospicere posset; Ver V 169. in munere servili obtulit se ad ferramenta prospicienda; Sulla 55. quos futura prospicere credimus; of II 33. ipse ex equo nudatam ab se provinciam prospicit; Ver II 154. multo ante tamquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram; ep IV 3, 1. quam (tempestatem) ego XIIII annis ante prospexerim; A X 4, 5. alii orientem tyrannidem multo ante prospiciunt; div I 111.

prosterno, niederwerfen, niederschlagen, zu Grunde richten, vernichten: filius se ad pedes meos prosternens te mihi commendabat; Phil II 45. Hirtius hostes nefarios prostravit; Phil XIV 27. caesis prostratisque sanctissimis lucis; Milo 85. quorum scelere religiones tum prostratae adflictaeque sunt; leg II 42. adeo prostrata res publica (tibi visa est)? Vatin 35.

prostituo, preisgeben: o te ‖ tu ‖, scelerate, qui subactus et prostitutus es! fr B 16.

prosto, feilstehen: cuius vox in praeconio quaestu prostitit; Quinct 95.

prosum, nützen, förderlich sein: I. quia maius est prodesse omnibus quam opes magnas habere; nat II 64. — II, 1. prosit (L. Flacco), quod hic sua pericula cum meis coniunxit; Flac 101. — 2. multum prodest ea, quae metuuntur, ipsa contemnere; Tusc IV 64. — 3. hoc facere illum mihi quam prosit, nescio; rei publicae certe prodest; A II 1, 6. — III. non tam ut prosim causis, elaborare soleo, quam ut ne quid obsim; de or II 295. quanam re possem prodesse quam plurimis; div II 1. quod prodesset (ὠφέλημα enim sic appellemus); fin III 33. metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit; ep VII 13, 2. non intellego, quod bonum cuiquam sit apud tales viros profuturum; Balb 63. celeritas; f. dictum. quamquam (illa consolatio) saepe prodest: „non tibi hoc soli“; Tusc III 79. et amici cultus et parentis ei, qui officio fungitur, in eo ipso prodest, quod . .; fin V 69. nullo loco plus facetiae prosunt et celeritas ac breve aliquod dictum; de or II 340. quin homines plurimum hominibus et prosint et obsint; of II 17. sin autem a me est alienior, nihil tibi meae litterae proderunt; ep II 17, 7.

cui misero praeclari in rem publicam beneficii memoria nihil profuit; Cael 74. qui (pudor) non [modo non] obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset; de or I 122. ea res haud scio an plus mihi profuerit; Planc 66. quo plus in negotiis gerendis res quam verba prosunt; Ac II 2. quo in loco nobis vita ante acta proderit; Sulla 77.

protego, decken, schützen, ein Vordach anlegen: I. ex quo tecto in eius aedes, qui protexisset, aqua deflueret; Top 24. — II. ego iacentem et spoliatum defendo et protego; Sulla 50.

protero, treten, verachten: sin istum semper illi ipsi domi proterendum et conculcandum putaverunt; Flac 53. »quia, quae (stellae) faciunt vestigia cursu, non eodem semper spatio protrita teruntur«; fr H IV, a, 472.

proterreo, fortscheuchen, verjagen: cum te viri verbis gravissimis proterruissent; dom 133. Themistoclem patria pulsum atque proterritum; rep I 5.

proterve, dreist, frech: dux consectans proterve bene saepe de re publica meritos; rep I 68.

protervitas, Frechheit: de adulteriis, de protervitate, de sumptibus immensa oratio est; Cael 29.

protervus, dreist, frech: quis est, qui non oderit libidinosam, protervam adulescentiam? fin V 62. non audet cuiquam aut dicto protervo aut facto nocere; fin II 47. si (mulier) proterva petulanter viveret; Cael 38.

protinus, sogleich, sofort, ununterbrochen: si protinus aliis aeque magnas (pecunias) aut solverunt aut dederunt, ut . .; Font 3. ut Laodiceam protinus irem; ep III 6, 2. eo protinus iturum Caesarem Patris; A XI 20, 2. ut is ad te protinus mittat; Q fr III 8, 2. principium est oratio perspicue et protinus perficiens auditorem benivolum; inv I 20. te rogo, ut Romam protinus pergas; Q fr I 3, 4. qui protinus ab hac sunt disciplina profecti; inv II 8. solvo: s. do.

protraho, hinschleppen: quod in convivium Sex. Cominium protrahi iussit; Ver IV 24. ut ipse ad operas mercennarias statim protrahatur; Phil I 22.

protrudo, fortstoßen, hineinschieben: comitia, quantum facere possumus, in Ianuarium mensem protrudimus; ep X 26, 3. ut, qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis; sic . .; fat 43.

proveho, führen, fahren, vorrücken, hinreißen: C. Fimbria temporibus isdem fere, sed longius aetate pervectus; Bru 129. studio rusticarum rerum provectus sum; Cato 55. ex his (bestiolis) hora octava quae mortua est, provecta aetate mortua est; Tusc I 94. posteaquam paulum provecta classis est; Ver V 87. vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam; dom 32.

proverbium, Sprichwort: I. mihi „prora et puppis", ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares; ep XVI 24, 1. a quibus (rusticis) natum est id, quod iam contritum est vetustate, proverbium; of III 77. — II, 1. contero: s. I. nascitur. — 2. ut in proverbio est, scopas mihi videntur dissolvere; orat 235. istius nequitiam in communibus proverbiis esse versatam; Ver I 121. — III. veteris proverbii admonitu vivorum memini; fin V 3. — IV. pares vetere proverbio cum paribus facillime congregantur; Cato 7. culpa illa „bis ad eundem" vulgari reprehensa proverbio est; ep X 20, 2.

providens s. **provideo.**

providenter, vorsichtig: quae (ratio) de providentia deorum ab illis (Stoicis) sanctissime et providentissime constituta est; nat III 94.

providentia, Voraussicht, Fürsorge, Vorsehung: I. providentia (est), per quam futurum aliquid videtur, ante quam factum sit; inv II 160. eius (materiae) universae fictricem et moderatricem divinam esse providentiam; nat II 92. — III, 1. mens mundi cum ob eam causam vel prudentia vel providentia appellari recte possit (Graece enim πρόνοια dicitur); nat II 58. — 2. cum disputabimus de providentia deorum, de qua plurima a te dicta sunt; nat III 17. — III. hoc vir excellenti providentia sensit ac vidit; rep II 5. — IV, 1. necesse est ergo eum (mundum) deorum consilio et providentia administrari nat II 80. hunc mundum animal esse divina providentia constitutum; Tim 10. quod providentia mea res publica maximis periculis sit liberata; Catil III 14. — 2. magna adhibita cura est a providentia deorum, ut . .; nat II 127. per: s. I.

provideo, voraussehen, vorsehen, Vorsichtsmaßregeln treffen, part. vorsichtig: I, 1. quae virtus ex providendo est appellata prudentia; leg I 60. — 2, a. futurum esse, nisi provisum esset, ut Roma caperetur; div I 101. — b. id mihi et ad brevitatem est aptius et ad reliquas res providentius; ep III 1, 1. consilium hominis iam tum longe providentis secutus est; rep II 12. in posterum providet (sapientia); Phil XIII 6. — II, 1. qua de re magno opere vobis providendum est; Ver II 28. — 2. provideo ‖ praevideo ‖, quid sit defensurus Hortensius; Ver V 22. non provideo satis, quem exitum futurum putem; A II 22, 6. — 3. quo studio (Cn. Pompeius) providit, ne quae me illius temporis invidia attingeret? ep III 10, 10. ne provincia nobis prorogetur, dum ades, quicquid provideri *poterit*, provide; A V 11, 1. in primis id, quod scribis, omnibus rebus cura et provide, ne quid ei desit; A XI 3, 3. — 4. ut quam rectissime agatur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia providebo; ep I 2, 4. — 5. satis mi provisum est, ut ne quid agere possent; ep I 4, 2. — 6. non providerant eas ipsas sibi causas esse periculi; Ver V 146. — 7. ut condicioni omnium civium providisse videamini; Cael 22. a dis inmortalibus hominibus esse provisum; nat II 133. si rationibus meis provisum a te esse intellexero; ep III 2, 2. me ipsum providere rei publicae; Catil II 19. ut consulas omnibus, ut medeare incommodis hominum, provideas saluti; Q fr I 1, 31. ab isdem (dis) hominum vitae consuli et provideri; nat I 4. — III, 1. concedimus etiam providentes (esse deos), et rerum quidem maximarum; nat II 77. — 2. homo valde est acutus et multum providens; ep VI 6, 9. quod adhuc coniectura provideri possit; A I 1, 1. cetera, quae quidem consilio provideri poterunt, cavebuntur; A X 16, 2. s. II, 3. cuius (rei) exitus provideri possit; ep VI 4, 1. tum (animus) meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura providet; div I 63. medicus morbum ingravescentem ratione providet, insidias imperator, tempestates gubernator; div II 16. cum me veteres multo ante provisi labores cum viro fortissimo coniunxissent; dom 29. morbum: s. insidias. ita mihi res tota provisa atque praecauta est, ut . .; Ver IV 91. tempestates: s. insidias. cui vivendi via considerata atque provisa est; par 34. — IV. qui (Hortensius) ea non vidit cum fierent, quae providit ‖ praevidit ‖ futura; Bru 329. etiam quae futura providebis, scribas velim; A X 16, 2.

providus, vorhersehend, vorsichtig, vorsorgend: possumne satis videri cautus, satis providus? Phil XII 25. illi homines parum putantur cauti providique fuisse; Sex Rosc 117. ut eam (mentem adflatus e terra) providam rerum futurarum efficiat; div II 117. opera providae sollertisque naturae; nat II 128. auditoris aures moderantur oratori prudenti et provido; part or 15.

provincia, Geschäftskreis, Wirkungskreis, Auftrag, Amt, Provinz: I. **absolut:** 1. ut eas (libidines) capere ac sustinere non provinciae populi Romani, non nationes exterae possint; Ver I 78. cum in

aratoribus provincia Sicilia consistat; Ver III 48. frumentum provinciae frumentariae partim non habebant, partim in alias terras miserant, partim custodiis suis clausum continebant; dom 11. omnes in consulis iure et imperio debent esse provinciae; Phil IV 9. quam (provinciam) senatus annuam esse voluit; ep XV 14, 5. quae tam depravatis moribus, tam corruptrice provincia divina videantur necesse est; Q fr I 1, 19. quem (Q. Arrium) provincia tum maxime exspectabat; Ver II 37. habent, mittunt: f. continent. Kalendis ei Martiis nascetur repente provincia; prov 37. populatae, vexatae, funditus eversae provinciae iam non salutis spem, sed solacium exitii quaerunt; div Caec 7. sustinent: f. capiunt. — 2. mihi solitudo et recessus provincia est; A XII 26, 2.

II. **nach Verben:** 1. Ligarius provinciam accepit invitus; Ligar 2. adiungo: f. IV, 1. oportunitas. o condiciones miseras administrandarum provinciarum! Flac 87. (Sicilia) prima omnium provincia est appellata; Ver II 2. tu provincias consulares, quas C. Gracchus non modo non abstulit a senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui per senatum decretas, lege sanxit, eas lege Sempronia per senatum decretas rescidisti, extra ordinem sine sorte nominatim dedisti non consulibus, sed rei publicae pestibus; dom 24. te sine ulla mora provinciam successori concedere; ep I 9, 25. (laus) non erat minor ex contemnenda quam est ex conservata provincia; ep II 12, 3. constituo: f. aufero. contemno: f. conservo. cui fuerit, ante quam designatus est, decreta provincia; prov 37. f. aufero. uti Brutus provinciam Macedoniam defendat; Phil X 26. ad diripiendas provincias; imp Pomp 57. erit hoc quasi provincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur; fin I 20. f. aufero. cum proficiscebamini paludati in provincias vel emptas vel ereptas; Piso 31. everto: f. I, 1. quaerunt. illo (Appio) imperante exhaustam esse sumptibus et iacturis provinciam, nobis eam obtinentibus nummum nullum esse erogatum nec privatim nec publice; A VI 1, 2. quodsi provinciae consulibus expetendae videntur; Phil XI 24. qui mallet eam (provinciam) quam maxime mihi aptam explicatamque tradere; ep III 2, 1. ex annua provincia prope iam undecim mensuum ‖ mensum ‖ provinciam factam esse gaudebam; ep III 6, 5. Marco Marcello consuli finienti provincias Gallias Kalendarum Martiarum die restitit (Pompeius); A VIII 3, 3. vides ex senatus consulto provinciam esse habendam; ep III 2, 2. quod (praetores) tunc putant obeundam esse maxime provinciam; Ver V 29. nullum terruncium ‖ teruncium ‖ me obtinente provinciam sumptus factum esse; A V 21, 5. f. exhaurio, retineo. consulum provincias ornatas esse; A III 24, 1. neque umquam arbitror ornatas esse provincias designatorum; A III 24, 2. quam (provinciam) iste ita vexavit ac perdidit, ut . .; Ver pr 12. populatam vastatamque provinciam (esse dico); Ver III 122. f. I, 1. quaerunt. fecit, ut exercitum, provinciam, bellum relinqueret et in Asiam in alienam provinciam proficisceretur; Ver I 73. rescindo: f. aufero. senatus mihi est adsensus de provinciis ab iis, qui obtinerent, retinendis neque cuiquam tradendis, nisi qui ex senatus consulto successisset; ep XII 22, 3. sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum conlega provinciam ‖ provincias ‖; ep I 9, 25. provincias praetores nondum sortiti sunt; A I 13, 5. qui illam provinciam ante te tenuerunt; Ver III 16. quae successori amicissimo commodare potest is, qui provinciam tradit; ep III 3, 1. f. explico, retineo. vasto: f. populor. vexo: f. perdo. I, 1. quaerunt. — 2. inter Siciliam ceterasque provincias in agrorum vectigalium ratione hoc interest, quod ceteris impositum vectigal est certum aut censoria locatio constituta est; Ver III 12. si decedas, a te relinqui posse, qui provinciae praesit; ep I 9, 25. quid, quod senatus eos voluit praeesse provinciis, qui non praefuissent? A VI, 6, 3. numerum annorum provinciis prorogavit; Phil II 109. — 3. Diodorus prope triennium provincia domoque caruit; Ver IV 41. ad omnes res sic illa provincia semper usi sumus, ut . .; Ver II 5. — 4. commodissimum putavit esse de provincia clam abire; Ver II 55. cum Verres iam de provincia decessisset; Ver III 154. exercitum eduxit ex Syria. qui licuit extra provinciam? Piso 49. cum aurum Iudaeorum nomine quotannis ex Italia et ex omnibus nostris provinciis Hierosolymam ‖ Hierosolyma ‖ exportari soleret ‖ liceret ‖; Flac 67. facio ex: f. 1. facio. intersum inter: f. 2. constituo. mercatorem in provinciam cum imperio misimus; Ver IV 8. ut mihi cum imperio in provinciam proficisci necesse esset; ep III 2, 1. f. 1. emo, relinquo. referebatur de provinciis quaestorum; Q fr II 3, 1. si quis est forte ex ea provincia; Ver III 180. ne diutius anno in provincia essem; A VII 3, 1. ex qua provincia innumerabiles alii triumpharunt; Piso 61. homines ex tota provincia nobilissimi venerunt; Ver II 11. cum bis in ea provincia magnae fugitivorum copiae versatae sunt; Ver III 125.

III. **nach Adjectiven:** 1. qui mihi cupidiores provinciae viderentur; Piso 56. — 2. constituitur in foro Laodiceae spectaculum acerbum et miserum et grave toti Asiae provinciae; Ver I 76.

IV. **nach Substantiven:** omnes illius provinciae publicani, agricolae, pecuarii, ceteri negotiatores uno animo M. Fonteium defendunt; Font 46. ut calamitatem provinciae cognoscatis; Ver II 134. mihi provinciae causam in provincia discendam putavi; Scaur 24. ut conarere clientelam tam inlustris provinciae traducere ad te; Ver IV 90. tantus est consensus municipiorum coloniarumque provinciae Galliae, ut . .; Phil III 13. propter cupiditatem provinciae; imp Pomp 37. antequam de incommodis Siciliae dico, pauca mihi videntur esse de provinciae dignitate, vetustate, utilitate dicenda; Ver II 2. foedera feriebantur provinciarum; dom 129. cum una mehercule ambulatiuncula atque uno sermone nostro omnes fructus provinciae non confero; ep II 12, 2. fuerunt ii consules mercatores provinciarum; sen 10. municipia: f. coloniae. negotiatores: f. agricolae. omnem utilitatem oportunitatemque provinciae Siciliae, quae ad commoda populi Romani adiuncta sit, consistere in re frumentaria maxime; Ver III 11. cum consules provinciarum pactione libertatem omnem perdidissent; Sest 69. pecuarii, publicani: f. agricolae. istam apud populos provinciae totius invidiam; Ver II 137. venisse tempus aiebant, ut vitam salutemque totius provinciae defenderem; div Caec 3. sortem nactus est urbanae provinciae; Ver I 104. populo Romano iucunda suburbanitas est huiusce provinciae; Ver II 7. vetustas, utilitas: f. dignitas, oportunitas. vita: f. salus. — 2. cum ex omnibus provinciis commeatu prohibebamur; imp Pomp 53. quid est hoc? populi Romani iudicia *in* socios fideles, provinciam suburbanam? Ver III 66. promulgantur rogationes ab eodem tribuno de provinciis consulum nominatim; Sest 25. stipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris provinciis multos civitate donatos videmus; Balb 24.

V. **Umstand:** 1. ut Asia tribus novis provinciis ipsa cingatur; prov 31. conquiri Diodorum tota provincia iubet; Ver IV 40. — 2. cum efflagitatus a provincia praepositus Africae est; Ligar 4. sic obtinui quaesturam in Sicilia provincia; Ver V 35. Pompei auctoritas excellit in ista provincia; Flac 14. habet is (Cn. Otacilius Naso) in provincia tua negotia; ep XIII 33. f. IV, 1. causa.

provincialis, die Provinz betreffend, zur

Provinz gehörig, in, aus der Provinz: A. quoniam mihi casus urbanam in magistratibus administrationem rei publicae, tibi provincialem dedit; Q fr I 1, 43. quod olim solebant, qui Romae erant, ad provinciales amicos de re publica scribere; ep XV 20, 2. pro clientelis provincialibus nihil a vobis nisi huius temporis memoriam postulo; Catil IV 23. omnibus provincialibus ornamentis commodisque depositis; sen 35. quamquam non est omittenda singularis illa integritas provincialis; Sest 13. ne patiare quicquam mihi ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari; ep II 7, 4. etsi meo iudicio nihil ad tuum provinciale officium addi potest; ep V 19, 1. ornamenta: f. commoda. in qua (iuris dictione) scientiae praesertim provincialis ratio ipsa expedita est; Q fr I 1, 20. — B. non quin possint multi esse provinciales viri boni, sed hoc sperare licet; Q fr I 1, 15.

provisio, Vorhersehen, Vorsorge: I. omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est atque una provisio, ut ne . .; Lael 78. quoniam multum potest provisio animi et praeparatio ad minuendum dolorem; Tusc III 30. — II. vitiosum genus et longa animi provisione fugiendum; orat 189.

provocatio, Berufung: I. provocationem etiam a regibus fuisse; rep II 54. — II, 1. neque provocationem, patronam illam civitatis ac vindicem libertatis, populo Romano dari sine nobilium dissensione potuisse; de or II 199. — 2. reliquos sine provocatione magistratus non fuisse; rep II 54. — III. ut xviri maxima potestate sine provocatione crearentur; rep II 61. lege illa de provocatione perlata; rep II 55. ne qui magistratus sine provocatione crearetur; rep II 54. — IV. poena sine provocatione (datur); agr II 33.

provocator, Herausforderer: cum alios Samnites, alios provocatores fecerit; Sest 134.

provoco, auffordern, veranlassen, herausfordern, reizen, berufen, Berufung einlegen: I, 1. ab omni iudicio poenaque provocari licere indicant xii tabulae compluribus legibus; rep II 54. — 2. quibus (armis) possis vel provocare integer vel te ulcisci lacessitus; de or I 32. ego respondere facilius possum quam provocare; ep XII 20. quam id rectum sit, tu iudicabis; ne ad Catonem quidem provocabo; A VI 1, 7. — II. quidnam beneficio provocati facere debemus? of I 48. te semper amavi primum tuo studio, post etiam beneficio provocatus; A XIV 13, B, 1. quo provocati a me (tribuni plebis) venire noluerunt, revocati saltem revertantur; agr III 1.

prout, sowie, je nachdem: argenti bene facti, prout Thermitani hominis facultates ferebant, satis (compararat); Ver II 83. tuas litteras, prout res postulat, exspecto; A XI 6, 7.

prudens, umsichtig, einsichtsvoll, verständig, klug: A. ut omnes fere Stoici prudentissimi in disserendo sint; Bru 118. ego prudens et sciens sum profectus; ep VI 6, 6. elephanto beluarum nulla prudentior; nat I 97. consilium istud tunc esset prudens, si . .; A X 8, 2. stultissimos (homines) prudentissimis (insidiari); Catil II 10. oratio tua prudens multum levaret; ep IX 11, 1. auditoris aures moderantur oratori prudenti et provido; part or 15. vir natura peracutus et prudens; orat 18. — B, I. est prudentis sustinere ut cursum, sic impetum benivolentiae; Lael 63. — II. quae (laus) prudentium iudicio expenditur; Rab Post 43. ea (lex est) mens ratioque prudentis; leg I 19.

prudenter, umsichtig, einsichtsvoll, klug: quod (ii philosophi) videntur acutissime sententias suas prudentissimeque defendere; div II 150. prudentissime dicis; leg I 57. disputavit multa prudenter; Sest 73. haec pleraque sunt prudenter acuteque disserentium; Tusc IV 48. facit Lucius noster prudenter; Tusc V 15. ut (eas res) in causa prudenter possit intexere; de or II 68. melius et prudentius viveretur; Cato 67. ratione uti atque oratione prudenter decet; of I 94.

prudentia, Wissenschaft, Kenntnis, Verständnis, Einsicht, Umsicht, Absicht, Klugheit: I, 1. quae (prudentia) constat ex scientia rerum bonarum et malarum et nec bonarum nec malarum; nat II 38. quid est, ubi elucere possit prudentia? Font 22. eius (modi) partes sunt prudentia et imprudentia. prudentiae [autem] ratio quaeritur ex iis, quae clam, palam, vi, persuasione fecerit; inv I 41. prudentia est rerum bonarum et malarum neutrarumque scientia. partes eius: memoria, intellegentia, providentia; inv II 160. semper oratorum eloquentiae moderatrix fuit auditorum prudentia; orat 24. prudentiam et mentem a deis ad homines pervenisse; nat II 79. prudentia sine iustitia nihil valet ad faciendam fidem; of II 34. — 2. quae (malitia) vult videri se esse prudentiam; of III 71. — II, 1. quod consuetudo exercitatioque intellegendi prudentiam acueret; de or I 90. illa prudentia in suis rebus domestica, in publicis civilis appellari solet; part or 76. historiam dico et prudentiam iuris publici; de or I 256. prudentiam, quam Graeci φρόνησιν dicunt φρόνησιν [ ], aliam quandam intellegimus; of I 153. quae (coniecturae) haberent artem atque prudentiam; div II 13. fuit stulta calliditas perverse imitata prudentiam; of III 113. si neque prudentiam eius impedias confusione partium nec memoriam multitudine; part or 29. intellego: f. dico. malim equidem indisertam prudentiam quam stultitiam loquacem; de or III 142. rationem, consilium, prudentiam qui non divina cura perfecta esse perspicit; nat II 147. adeon ego non perspexeram prudentiam litterarum tuarum? A VI 9, 3. nec est ab homine numquam sobrio postulanda prudentia; Phil II 81. temptarem etiam summi regis et Ulixi Sisyphique prudentiam; Tusc 98. — 2. nullam esse actionem dicere in re tam insigni neque prudentiae neque auctoritatis tuae est; Caecin 37. — 3. qui eloquentiae verae dat operam, dat prudentiae, qua ne maximis quidem in bellis aequo animo carere quisquam potest; Bru 23. — 4. careo: f. 3. ne prudentia quidem egeremus nullo delectu proposito bonorum et malorum; fr F V 50. omni illum (deum Aristoteles) sensu privat, etiam prudentia; nat I 33. cum attendo, qua prudentia sit Hortensius; Quinct 63. — 5. hanc omnem scientiam et copiam rerum in tua prudentia sciebam inesse; de or I 165. id est caput civilis prudentiae, in qua omnis haec nostra versatur oratio, videre itinera flexusque rerum publicarum; rep II 45. — III, 1. inanissima prudentiae reperta sunt (ea); Muren 26. — 2. hominibus tali prudentia praeditis certe probavissem (causam); Cluent 131. — IV, 1. caput: f. II, 5. versor in. partes, ratio: f. I, 1. est. — 2. ad ea praesidia iam accedent consules summa prudentia; Phil III 36. — V, 1. ineuntis aetatis inscitia senum constituenda et regenda prudentia est; of I 122. ut nos cura tua et prudentia iuves; A IX 15, 4. — M. Crassus, homo prudentia praestans; Balb 50. efficitur omnia regi divina mente atque prudentia; nat II 80. f. constitui. — 2. intellegis pro tua praestanti prudentia . .; Cael 32. sine quorum (magistratuum) prudentia ac diligentia esse civitas non potest; leg III 5.

pruina, Reif: I. cum e pruina Appennini emersisset; Sest 12. — II. quae (aqua) neque nive pruinaque concresceret; nat II 26. quod pars earum (regionum) obriguerit nive pruinaque longinquo solis abscessu; nat I 24.

prytanium, Stadthaus: in qua (urbe) ornatissimum prytanium est; Ver IV 119.

psaltria, Zitherspielerin: qui in coetum mulierum pro psaltria adducitur; Sest 116.

psephisma, Volksbeschluß: I. porrexerunt

manus; psephisma natum est; Flac 17. — II. sic sunt expressa ista praeclara psephismata; Flac 15. ut possem recitare psephisma Smyrnaeorum; Flac 75.

pseudomenos, Trugschluß: 1. pseudomenon et soritam aut inludis aut increpas; fr F V 55. — 2. potius de dissensionibus disseramus quam de sorite aut pseudomeno; Ac II 147.

pseudothyrum, geheime Tür, Hintertür: non ianua receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus; sen 14.

psychomantium, Totenorakel: 1. me ne psychomantia quidem, quibus Appius uti solebat, agnoscere; div I 132. — 2. utor: f. 1. — 3. Elysium venisse in psychomantium quaerentem . .; Tusc I 115.

pubertas, Mannbarkeit: si qui dentes et pubertatem natura dicat exsistere; nat II 86.

pubes, erwachsen: qui pubes tum fuerit; Rabir 31. nostro more cum parentibus puberes filii non lavantur; of I 129. (populum) adultum iam et paene puberem; rep II 21.

pubes, Mannschaft: cui senatus omnem Italiae pubem commisserat; Milo 61.

pubesco, heranwachsen, reifen: cum primum (Hercules) pubesceret; of I 118. cum is (sol) efficiat, ut omnia floreant et in suo quaeque genere pubescant; nat II 41. vaginis iam quasi pubescens viriditas includitur; Cato 51.

publicanus, die Staatseinkünfte pachtend, Steuerpächter, Generalpächter: A. mulierculae publicanae noluit ex decumis nimium lucri dare; Ver III 78. — B, I. huic tuae voluntati ac diligentiae difficultatem magnam adferunt publicani; Q fr I I, 32. cum publicani familias maximas magno periculo se habere arbitrentur; imp Pomp 16. omnes illius provinciae publicani uno animo M. Fonteium defendunt; Font 46. — II, 1. videtis crudelitate Gabinii paene adflictos iam atque eversos publicanos; prov 11. ut publicanos cum Graecis gratia atque auctoritate coniungas; Q fr I 1, 35. everto: f. adfligo. cum senatus urura publicanos saepe iuvisset; Ver III 168. — 2. improbi magistratus in provinciis inserviebant publicanis; Ver III 94. — 3. causam pro publicanis dixisse Laelium; Bru 86. — III. quod apud publicanos gratiosus fuisti; Ver II 169. — IV, 1 illa causa publicanorum quantam acerbitatem adferat sociis, intelleximus ex civibus; Q fr I 1, 33. ad quos tu decumanum Diognetum misisti, novum genus publicani; Ver III 86. quodsi genus ipsum et nomen publicani non iniquo animo sustinebunt; Q fr I 1, 35. nomen publicani neque ii debent horrere, qui semper vectigales fuerunt; Q fr I 1, 33 f. genus. cum universo ordini publicanorum semper libentissime tribuerim; ep XIII 9, 2. mihi adferebantur confectae pactiones publicanorum; A V 14, 1. quod (M. Terentius) mature se contulit in societates publicanorum; ep XIII 10, 2. — 2. quae (necessitudo) est nobis cum publicanis; Q fr I 1, 35.

publicatio, Einziehung: I. patronusne causae negaret esse malum publicationem bonorum? fin IV 22. — II. adiungit publicationem bonorum; Catil IV 10. cui cum publicatio bonorum proponeretur; Planc 97.

publice, öffentlich, von Staats wegen, im Namen, im Auftrage des Staates, durch, für den Staat, im Staate: I. publice tibi navem aedificatam (esse); Ver V 58. publice coactis operis; Ver II 13. nullo tumultu publice concitato; Catil I 11. si patronus huic causae publice constitueretur; Muren 4. earum (Nympharum) templa sunt publice vota et dedicata; nat III 43. dicta sunt et privatim et publice testimonia; Ver II 120. quod optimo iure publice sepulcrum datum esset; Phil IX 17. qui te publice laudat; Ver IV 17. quas (litteras) publice misisti; ep V 7, 1. eius (Hippiae) bona publice possidentur alieno nomine contra leges Calactinorum; ep XIII 37. qui sacris publice praesint; leg II 30. ne, cum ad consulem scripsissem, publice viderer scripsisse; ep XV 9, 3. mihi non necesse esse publice scribere ea: ep XV 1, 1. neque se privatum publice susceptae causae defuturum esse dicebat; Sest 41. privatimne (peregrinus) an publice venerit; of I 149. voveo: f. dedico. — II. a Syracusanis nihil adiumenti neque publice neque privatim exspectabam; Ver IV 137. qui publice socii atque amici sunt; fin V 65.

publico, einziehen, in Beschlag nehmen, verkaufen, zum Staatseigentum machen: cum lege nefaria Ptolomaeum, regem Cypri, fratrem regis Alexandrini publicasses; dom 20. sunt multi agri lege Cornelia publicati; agr III 12. bona publicari iubet; Catil IV 8. fratrem, regem: f. alqm. posse, quibuscumque locis velint, privata publicare; agr II 57. silvas maritimas omnes publicavit; rep II 33.

publicus, öffentlich, allgemein, staatlich, dem Staate gehörig, im Namen, im Auftrage, auf Kosten des Staates, neutr. Staatsgut, Staatskasse, Staatspacht, Öffentlichkeit, öffentlicher Ort: A. qui publicos agros arant; Ver V 53. annalium publicorum auctoritate; rep II 28. cur non quam primum publica accedit auctoritas? Phil III 3. Trallianos Maeandrio causam publicam commisisse; Flac 52. si senatus dominus sit publici consilii; leg III 28. publicum (genus) est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies festus, bellum; inv I 40. misera est ignominia iudiciorum publicorum: Rabir 16. ut neque disceptatione vinci se nec ullo publico ac legitimo iure patiantur; of I 64. quod (ius) est in legibus publicis positum; Balb 27. haec ita gesta esse cognoscite ex litteris publicis; Ver III 175. quae (litora) omnia publica esse vultis; Top 32. locis publicis uti (eum) vetuit; Ver II 66. scribae, qui nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur; dom 74. alios ad negotium publicum ire cum cupimus; Phil X 11. qui privatum otium negotiis publicis antetulerunt; Tusc III 57. publicis operis publice coactis; Ver IV 17. nos publicam prope opinionem secuti sumus; A VI 1, 18. quorum pars publica potest esse; ep XIII 29, 4. pecunia publica ex aerario erogata fueritne tibi quaestui; Ver III 165. f. B, I, 3. incurro in. vir et suis et publicis rationibus utilissimus; inv I 1. f. monumenta. quod publica religione sanciri potuit, id abest; Balb 35. detrimenta publicis rebus importata; de or I 38. sine multa pertractatione rerum publicarum; de or I 48. nos et publicis et privatis in rebus ea praestitisse, quae . .; nat I 7. cum semper te et privatis in rebus et publicis praestitisti, ut . .; ep V 16, 5. si re publica non possis frui, stultum est nolle privata; ep IV 9, 4. mihi sermonis communicatio maxime deest — quid dicam? in publicane re, an in forensi labore? A I 17, 6. qui mihi in publica re socius et in privatis omnibus conscius esse soles; A I 18, 1. publicus sacerdos imprudentiam consilio expiatam metu liberet; leg II 37. de sacris publicis id semper populo Romano satis religiosum esse visum est; har resp 12. nec de mortui laude nisi in publicis sepulturis dici licebat; leg II 65. cum eum servi publici loris ceciderunt; Phil VIII 24. quae (res) confectae publicis privatisque tabulis sunt; Font 5. id quod ex Acestensium publico testimonio cognoscite; Ver III 83. dialecticorum verba nulla sunt publica, suis utuntur; Ac I 25. — B, I, 1. ut publicanis satis facias, praesertim publicis male redemptis; Q fr I 1, 33. nihil istum neque privati neque publici tota in Sicilia reliquisse; Ver IV 2. — 2. Pompeius caruit publico; Milo 18. — 3. quod L. Papirius P. Pinarius censores multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterant; rep II 60. ut privatos agros, qui in publicum Cam-

panum incurrebant, pecunia publica coëmeret; agr II 82. signa in publico posita: Ver II 85. scio equidem te in publicum non prodire; A VIII 11, 7. — II. alqd: f. I, 1. cum esset magister scripturae et sex publicorum; Ver III 167. omnes omnium publicorum societates de meo consulatu decreta fecerunt; dom 74.

pudens, zartfühlend, ehrbar, sittsam bescheiden: A. quo pudentior esset; Ver III 160. ille ita contempsit hanc pudentissimam civitatem, ut . .; sen 15. qui hominem pudentissimum pecunia oppressum esse arbitrarentur; Cluent 77. mulier pudens et nobilis; rep II 46. Hermippum, pudentissimum atque optimum virum, vexat; Flac 48. — B. I. pudens impudentem (fraudasse dicitur); Q Rosc 21. — II. nec facit, quod pudentem decet; Phil II 81.

pudenter, sittsam, bescheiden: quem ego paulo sciebam vel pudentius vel invitius ad hoc genus sermonis accedere; de or II 364. pudentissime hoc Cicero petierat ut fide sua; A XVI 15, 5. omnia ea me prudenter vivendo consecutum esse; Vatin 6.

pudet, sich schämen: I. (multitudo) ad pudendum (inducitur), ad pigendum; Bru 188. — II, 1. pudet huius legionis; Phil XII 8. — 2. ne id non pudeat sentire, quod pudeat dicere; fin II 77. — 3. nonne esset puditum Trallianum omnino dici Maeandrium? Flac 52. ut iam pudendum sit honestiora decreta esse legionum quam senatus; Phil V 4. — III, 1. quem non pudet, hunc poena dignum puto; de or I 121. 2. non pudebat magistratus populi Romani in hunc ipsum locum escendere; imp Pomp 55. nonne pudet physicos haec dicere? div II 33. — IV. haec aetas vestra, quod interdum pudeat, iuris ignara est; de or I 40. qui (Epicurei), cum id pudet, illud tamen dicunt, quod est impudentius; fat 37.

pudicitia, Sittsamkeit, Keuschheit (vgl. **pudor**): I. 1. quod pudicitiam liberorum defenderat; Ver I 76. pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris; Milo 9. qui pudicitiam violasset; prov. 24. — 2. parcat iuventus pudicitiae suae; Cael 42. ut pudicitiae sororis succurreret; Ver I 67. — 3. vita illam mulierem spoliari quam pudicitia maluisse; Scaur 4, 5. — II. eam (mulierem) summa integritate pudicitiaque existimari; Ver I 64.

pudicus, ehrbar, sittsam, keusch: qui (amores) ut sint pudici; Tusc IV 70. ut nullum umquam pudicum neque sobrium convivium viderit; Ver III 160. probri insimulasti pudicissimam feminam; Phil II 99. cum vinulenti adulescentes mulieris pudicae fores frangerent; fr F X 3.

pudor, Scham, Ehrgefühl, Scheu, Schüchternheit, Verlegenheit: I. fuit mirificus quidam in Crasso pudor; de or I 122. quoniam ad dicendum impedimento est pudor; Sex Rosc 149. quantum illius ineuntis aetatis meae patiebatur pudor; de or II 3. qui (pudor) in magistratuum conviviis versari solet; Ver V 28. — II, 1. pudorem ac pudicitiam qui colit; Ver III 6. ex quo fit, ut pudorem rubor consequatur; Tusc IV 19. quis in illa aetate pudorem non diligat? fin V 62. non dimittam pudorem in rogando meum; ep V 19, 2. adeone pudorem cum pudicitia perdidisti? Phil II 15. sub metum subiecta sunt pigritia, pudor, terror . .; Tusc IV 16. vicit pudorem libido; Cluent 15. — 2. date hoc ipsius pudori; Muren 90. — 3. quid de pudore pudicitiaque dicemus? leg I 50. cum tu a Ti. Gracchi pudore longissime remotus sis; agr II 31. — III. quod hoc solum animal natum est pudoris ac verecundiae particeps; fin IV 18. — IV. neque in alterius impudentia sui pudoris existimationem amitterent; Ver II 192. quot praesidia pudoris et pudicitiae vi et audacia ceperit, quid me attinet dicere? Ver V 34. — V. quoniam ipse pudore quodam adficeretur ex sua laude; Caecin 77. aetas M. Caelii fuit ipsius pudore munita; Cael 9. pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti; de or II 10.

puella, Mädchen: I. in qua (tutela legitima) dicitur esse puella; A I 5, 6. si puella nata biceps esset, seditionem in populo fore; div I 121. — II. (L. Paulus) artius puellam complexus; div I 103.

puer, Kind, Knabe, Bursch, Diener, Sklave: I, 1. multa iam mihi dare signa puerum et pudoris et ingenii: fin III 9. puer festivus anagnostes noster Sositheus decesserat; A I 12, 4. pueri Sisennae oculos de isto nusquam deicere; Ver IV 33. summum bonum et malum vagiens puer utra voluptate diiudicabit? fin II 31. hi pueri tam lepidi ac delicati non solum amare et amari neque saltare et cantare, sed etiam sicas vibrare et spargere venena didicerunt; Catil II 23. Epicurus quasi pueri delicati nihil cessatione melius existimat; nat I 102. si infantes pueri, mutae etiam bestiae paene loquuntur; fin I 71. in periclitandis experiendisque pueris, quicumque essent nati; div II 97. qui (Attus Navius) cum propter paupertatem sues puer pasceret; div I 31. enuti mihi Antium venit obviam tuus puer. is mihi litteras abs te reddidit; A II 1, 1. puer ille patrimus et matrimus si tensam non tenuit; har resp 23. vagit: f. diiudicat. venit: f. reddit. ingenui pueri cum meritoriis versabantur; Phil II 105. — 2. nescire, quid, ante quam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum; orat 120. magna nobis pueris opinio fuit . .; de or II 1. — II, 1. Spartae pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, »ut sanguis exeat«; Tusc II 34. videmusne, ut pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur? fin V 48. quae eversum a te puerum patriis bonis esse dixerunt; Ver I 93. Etrusci habent exaratum puerum auctorem disciplinae suae; div II 80. experior, periclitor: f. I, 1. nascuntur. unus puer Sex. Roscio relictus non est; Sex Rosc 77. videmusne, ut (pueri) pompa, ludis atque eius modi spectaculis teneantur? fin V 48. — 2. cum puerorum infantium veniebat in mentem; Sulla 19. — 3. si gladium parvo puero dederis; Sest 24. — 4. non latuit scintilla ingenii, quae iam tum elucebat in puero; rep II 37. ut primum ex pueris excessit Archias; Arch 4. in viro (esse meliora) quam in puero; nat II 38. — III. haec pueris et mulierculis et servis esse grata; of II 57. — IV. facile est hoc cernere in primis puerorum aetatulis; fin V 55. inania sunt ista delectamenta paene puerorum, captare plausus, vehi per urbem; Piso 60. quae (proscriptio) ad infantium puerorum incunabula pertinet; Sex Rosc 153. ut (istae artes) paulum acuant ingenia puerorum; rep I 30. est magnum illud quidem, verum tamen multiplex pueri ingenium; A VI 2, 2. is est hodie locus saeptus religiose propter Iovis pueri; div II 85. — V, 1. puero ut uno esset comitatior; Tusc V 113. — 2. quibus (artibus) a pueris dediti fuimus; de or I 2. vir doctus a puero; Bru 125. quem (Diodotum) a puero audivi; Ac II 115. sed haec in pueris; fin V 62. quae (pax) erat facta per obsidem puerum nobilem; Phil II 90.

quoad, so weit als, so lange als, bis: I. conficio: s. vivo. cum omnia cogitando, quoad facere potui, persecutus (sum): de or II 29.. domum nostram, quoad poteris, invisas; A IV 6, 4. „quousque?" inquies. quoad erit integrum; erit autem, usque dum ad navem; A XV 23. ut operam des, quoad tibi aequum et rectum videbitur, ut ..; ep XIII 14, 2. quas (tabulas) diligentissime legi, patris, quoad vixit, tuas, quoad ais te confecisse; Ver I 60. — II. ut, quoad certus rex declaratus esset, nec sine rege civitas nec diuturno rege esset uno; rep II 23. ut, quoad eius fieri possit, idonea quam maxime causa ad peccandum hortata videatur; inv II 20. ut id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret; agr II 19. ego hic cogito commorari, quoad me reficiam; ep VII 26, 2. — III. fui Capuae, quoad consules; A VIII 11, B, 2.

quocirca, daher, deshalb: I, 1. quocirca eodem modo sapiens erit adfectus erga amicum, quo in se ipsum; fin I 68. quocirca nihil esse tam detestabile tamque pestiferum quam voluptatem; Cato 41. quocirca velim existimes ..; Deiot 43. — 2. quocirca ne quis iterum idem consecrato; leg II 45. — II. quocirca si reditum in hunc locum desperaveris, quanti tandem est ista hominum gloria? rep VI 25.

quocumque, wohin nur: quocumque aspexisti, ut furiae sic tuae tibi occurrunt iniuriae; par 18. si animal omne membra, quocumque vult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit; div I 20. comites Graeculi, quocumque ibat; Milo 55. idem (ignis), quocumque invasit, cuncta disturbat ac dissipat; nat II 41. qui mirifico artificio, quocumque venerat, haec investigare omnia solebat; Ver I 64.

quod, sofern, hinsichtlich, also, nun, daß, weshalb, weil: A. **Adverb:** quod nescio an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna; nat II 93. quod cum perspicuum sit, benivolentiae vim esse magnam; of II 29. tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te litterae redditae sunt; ep VII 23, 1. quod ubi sensi me in possessionem iudicii ac defensionis meae constitisse; de or II 200. f. **quodetsi — quodutinam.**

B. **Conjunction:** I. huc accedit, quod paulo tectior vestra ista cupiditas esset; Sex Rosc 104. sin me accusas, non quod tuis rationibus non adsentiar, sed quod nullis; Ac II 125. quod haerere in eo (equo) senex posset, admirari solebamus; Deiot 28. quod prima disputatio Tusculana te confirmat, sane gaudeo; A XV 2, 4. tibi, quod abes, gratulor; ep II 5, 1. ut sibi, quod eae res abessent, ignosceretur; Ver IV 140. nec inter nos et eos quidquam interest, nisi quod illi non dubitant, quin ..; Ac II 8. laudatus est, quod cum L. Fulvio rediit in gratiam; prov 20 (21). non tibi obicio, quod hominem spoliasti; Ver IV 37. quod regi amico cavet, non reprehendo; agr II 58. — II. ad officium pertinere aegre ferre, quod sapiens non sis; Tusc III 68. bene facis, quod me adiuvas; fin III 16. optimum vero, quod dictaturae nomen sustulisti; Phil II 91. gratum, quod mihi epistulas; A XV 7. quod ego salutem civium cum honore Cn. Pompei coniunxerim, mihi esse iratos; dom 3. cur moleste feramus, quod M. Bruti accessit exercitus? Phil X 23. est in hoc genere molestum, quod exsistunt cupiditates; of I 26. recte eum (Deiotarum) facere, quod populi Romani libertatem defendere pararet; div II 78. — III. mihi satis est argumenti esse deos, quod esse clara et perspicua divinationis genera indico; div I 10. quod in conlegio non adfuisses, valetudinem respondeo causam, non maestitiam fuisse; Lael 8. nisi etiam, quod omnino (praedia) coluit, crimini fuerit; Sex Rosc 49. quod non indicasti, gratias ago; Phil II 34. an Ti. Gracchus tantam laudem est adeptus, quod L. Scipioni auxilio fuit? prov 18. sequitur tertia vituperatio senectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus; Cato 39. non parva adficior voluptate, vel quod hoc maxime rei publicae conducit, vel quod habeo auctorem P. Servilium; prov. 1. — IV. aliud molestius, quod (M. Crassus) male audiebat; Tusc V 116. alterum est, quod quidam desciscunt a veritate; Ac II 46. in hoc omnis est error, quod existimant ..; de or II 83. odium ex hoc ostenditur quod hunc ruri esse patiebatur; Sex Rosc 52. inter Siciliam ceterasque provincias hoc interest, quod ceteris impositum vectigal est certum; Ver III 12. haec est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant; of III 62. neque illud me commovet, quod sibi in Lupercis sodalem esse Caelium dixit; Cael 26. illud vitiosum, Athenis quod fecerunt Contumeliae fanum; leg II 28. f. V hinc. cum Hannibal pro eo, quod eius nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus esset, ut ..; de or II 75. an, quod diligenter defenditur, id tibi indignum facinus videtur? Sex Rosc 148. quem qui reprehendit, in eo reprehendit, quod gratum praeter modum dicat esse; Planc 82. alia ob eam rem praeposita dicentur, quod ex se aliquid efficiant; fin III 56. sive a penu ducto nomine sive ab eo, quod (Penates) penitus insident; nat II 68. pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex iis capiuntur; nat I 122. ut iam ne istius quidem rei culpam sustineam, quod minus diu fuerim in provincia, quam fortasse fuerit utile; A VII 3, 1. nihil est, quod ex tanto comitatu me unum abstrahas; Sulla 9. ut non plus habeat sapiens, quod gaudeat, quam quod angatur; fin I 62. quid est, quod de eius civitate dubitetis? Arch 10. quid, quod obrogatur legibus Caesaris? Phil I 23. — V. quem hostem quam vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intellegatis, quod etiam illud moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit; Catil II 4. quas (res) idcirco praetereo, quod ne nunc quidem sine fletu commemorare possum; dom 97. quid sit, quod idcirco fugiendum non sit, quod omnino turpe non sit; of III 33. ideo quod illa, quae prima dicuntur, ex iis ducas oportet, quae post dicenda sunt; inv I 19. id, praeterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest; div II 28. si quattuor exercitus ii propterea laudantur, quod pro populi Romani libertate arma ceperunt; Phil X 15. qui potuit divinius utilitates complecti maritimas Romulus quam quod urbem perennis amnis posuit in ripa? rep II 10. quo perniciosius de re publica merentur vitiosi principes, quod vitia infundunt in civitatem; leg III 32. id ita esse sic probant, quod salutaria appetant parvi; fin III 16. — VI. zum Satz: 1. Beziehung: quod me admones, ut scribam ad Antonium; A XI 12, 4. quod autem magnum dolorem brevem esse dicitis, id non intellego quale sit; fin II 94. quod existimas meam causam coniunctam esse cum tua, certe similis in utroque nostrum error fuit, ep IV 2, 3. quod meum consilium exquiris, id est tale, ut ..; ep IV 2, 2. quod autem mihi gratularis, te ita velle certo scio; ep IV 14, 3. quod me magno animi motu perturbatum putas, sum equidem; A VIII 11, 1. quod quaeris, quid Caesar ad me scripserit, quod saepe; A VIII 11, 5. quod scribis de „reconciliata *gratia*" nostra", non intellego, cur reconciliatam esse dicas; ep V 2, 5. — 2. Grund: quis est, qui neget ordinis eius studium fuisse in honore Plancii singulare? neque iniuria, vel quod erat pater is, qui est princeps iam diu publicanorum, vel quod is ab sociis unice diligebatur vel quod diligentissime rogabat vel quia pro filio supplicabat, vel quod huius ipsius in illum ordinem summa officia constabant, vel quod

illi arbitrabantur . .; Planc 24. si tu melius quidpiam speras, quod et plura audis et interes consiliis; A XIV 22, 2, tu vero facis ut omnia. quod Serviliae non des ‖ dees ‖, id est Bruto; A XV 17, 2. ex iis quod senatus efficitur; leg III 27. quod auspicari esset oblitus; nat II 11. facile omnes patimur esse quam plurimos accusatores, quod innocens, si accusatus sit, absolvi potest; Sex Rosc 56.

quodam modo f. **modus,** V, 2.

quodetsi, obgleich nun: quodetsi ingeniis magnis praediti quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur, ars tamen est dux certior; fin IV 10.

quodnisi, wenn nun nicht: quodnisi tanta res eius (M. Annei) ageretur, nec ipse adduci potuisset, ut . .; ep XIII 57, 1. quodnisi acta omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem; ep X 28, 3. quodnisi (Quintus) fidem mihi fecisset, non fecissem id, quod dicturus sum; A XVI 5, 2. quodnisi me Torquati causa teneret, satis erat dierum, ut . .; A XIII 45, 2.

quodquia, weil nun: quodquia nullo modo sine amicitia firmam iucunditatem vitae tenere possumus, idcirco . .; fin I 67.

quodquoniam, da nun: quodquoniam (sapiens) numquam fallitur in iudicando; fin III 59. quodquoniam illud negatis; div II 127.

quodsi, wenn nun: I. quodsi legibus obtemperare debetis et id facere non potestis; inv I 70. quodsi inest in hominum genere mens, fides, virtus, concordia; nat II 79. quodsi ab iis inventa et perfecta virtus est; Tusc V 2. quodsi cetera magis nos saepe et leviora moverunt; har resp 62. quodsi tibi umquam sum visus in re publica fortis, certe me in illa causa admiratus esses; A I 16, 1. quodsi non relinques amicum, tamen, ut moriatur, optabis; fin II 79. quodsi ex tanto latrocinio iste unus tolletur; Catil I 31. per se igitur ius est expetendum et colendum; quodsi ius, etiam iustitia; leg I 48. — II. quodsi concedatur nihil posse evenire nisi causa antecedente, quid proficiatur, si . .? fat 34. quodsi solus in discrimen aliquod adducerer; agr II 6. quodsi me Caesar audisset; ep XI 10, 4. quodsi hoc Habito facere licuisset; Cluent 134. quodsi Romae fuisses; ep XIII 66, 2.

quodutinam, daß doch: quodutinam minus vitae cupidi fuissemus! ep XIV 4, 1.

quo minus, daß, daß nicht, zu (f. **parum,** B, II): I. nullis ut terminis circumscribat ius suum, quo minus ei liceat vagari, qua velit; de or I 70. praeter quercum Dodonaeam nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam possidere videamur; A II 4, 5. non ea res me deterruit, quo minus litteras ad te mitterem; ep VI 22, 1. quod lege excipiuntur tabulae publicanorum, quo minus Romam deportentur; Ver II 187. nemo est, qui nesciat, quo minus discessio fieret, per adversarios tuos esse factum; ep I 4, 2. si nihil de me tulisti, quo minus essem non modo in civium numero, sed etiam in eo loco, in quo . .; dom 82. quae (formido) tales viros impediat, quo minus causam velint dicere; Sex Rosc 5. ceteris naturis multa externa, quo minus perficiantur, possunt obsistere; nat II 35. illud non perficies, quo minus tua causa velim; ep III 7, 6. nihil te curulis aedilitas permovit, quo minus castissimos ludos omni flagitio pollueres? har resp 27. audebis ita accusare alterum, ut, quo minus tute condemnere, recusare non possis? div Caec 31. neque repugnabo, quo minus omnia legant; de or I 256. — II. (bona) vendidisset, si tantulum morae fuisset, quo minus ei pecunia illa numeraretur; Ver II 93. vacationem augures, quo minus iudiciis operam darent, non habere; Bru 117.

quomodocumque, wie nur: quoquo modo ‖ quomodocumque, al. ‖ dicitur, intellegi tamen, quid dicatur, potest; fin V 30.

quomodonam, wie denn? quomodonam de nostris versibus Caesar? Q fr II 15, 5.

quonam, wohin denn? I. quonam suas mentes conferent? Sest 95. — II. summa exspectatio, quonam esset eius cupiditas eruptura; Ver II 74.

quondam, einmal, zuweilen, einstmals, ehemals: I. si te, ut Curionem quondam, contio reliquisset; Bru 192. qua (consuetudine) quondam solitus sum uti; de or I 135. quod etiam idem vos quondam facere Nonis solebatis; div I 90. is qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublevabat quidem; A X 4, 3. fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus, ut . .; Catil I 3. ea, quae quondam accepi in nostrorum hominum eloquentissimorum disputatione esse versata; de or I 23. Crotoniatae quondam, cum florerent omnibus copiis, templum Iunonis egregiis picturis locupletare voluerunt; inv II 1. — II. Antiochiae, celebri quondam urbe et copiosa; Arch 4. nobilissima Graeciae civitas, quondam vero etiam doctissima; Tusc V 66. qui (senatus) quondam florens orbi terrarum praesidebat; Phil II 15. — III. apud quem (focum) sedens ille ‖ i. s. ‖ Samnitium, quondam hostium, tum iam clientium suorum, dona repudiaverat; rep III 40.

quoniam, weil ja, weil denn, da ja, da doch: I. quoniam ea poena damnationem necessario consequatur; inv II 59. quoniam a te data sit opera, ut impetraremus; ep XIII 7, 5. veniant et coram, quoniam me in vestram contionem evocaverunt, disserant! agr III 16. fallo: f. II. quoniamque. quoniam ex senatus consulto provinciam haberet; ep I 9, 25. quoniam te nulla vincula impediunt; Tusc V 82. quoniam apud gratos homines beneficium ponis; ep XIII 54. quoniam Neptunum a nando appellatum putas; nat III 62. quoniam vera a falsis nullo discrimine separantur; Ac II 141. quoniam is est exorsus orationis meae; imp Pomp 11. quoniam (homo) rationis est particeps; nat II 32. — II. atqui, quoniam pares virtutes sunt; par 22. quoniam autem sua cuiusque animantis natura est; fin V 25. quoniam enim natura suis omnibus expleri partibus vult; fin V 47. et quoniam satis multa dixi; Ac II 147. etenim quoniam detractis de homine sensibus reliqui nihil est; fin I 30. quoniam igitur vivendi ars est prudentia; fin V 16. itaque quoniam quattuor in partes totam quaestionem divisisti; nat III 20. nam quoniam vacuitate omnis molestiae gaudemus, recte nominata est . .; fin I 37. praesertim quoniam feriati sumus; rep I 20. quamquam, quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumimus, solet idem Roscius dicere . .; de or I 254. quae quoniam te fefellerunt, Eruci, quoniamque vides versa esse omnia; Sex Rosc 61. quoniam id quidem non potest; Font 36. quoniam quidem ea, quae nos scribimus, te etiam delectant; A II 1, 3. sed, quoniam C. Caesar abest longissime; Balb 64. sed quoniam operi inchoato tamquam fastigium imponimus; of III 33.

quoquam, irgendwohin: privatim nec proficisci quoquam potes nec . .; Ver V 45.

quoque, auch: I, 1. est autem eius generis actio quoque quaedam; fin III 58. ut aliquid suorum studiorum philosophiae quoque impertiat; fin V 6. ut (domus) urbi quoque esset ornamento; Ver IV 3. — 2. quod aliis quoque multis locis reperietur; Tusc III 10. similem sui eum fuisse in ceteris quoque vitae partibus; Cluent 41. hic et propositio et adsumptio perspicua est; quare neutra quoque indiget approbatione; inv I 66. ego vero propter sermonis delectationem tempestivis quoque conviviis delector; Cato 46. — 3. si te mecum contendere putarem, ego quoque in accusando operam consumerem; Ver pr 33. nobis quoque licet in hoc quodam modo gloriari; of II 57. te quoque aliquam partem huius nostri sermonis attingere; rep III 32. quod nostris quoque corporibus contingit; nat II 16. proferet

suas quoque (tabulas) Roscius; Q Rosc 1. hoc quoque vobis remitto; Ver III 219. si vero illud quoque accedet; Ver II 31. habere ipsos quoque aliquid; Muren 71. non erit difficile in unam quamque causam transferre, quod ex eo quoque genere conveniet; inv II 103. quoniam earum quoque artium homines ex eo (mundo) procreantur; nat III 23. istos quoque servos familiares esse sciebat; Cael 58. — 4. eum, quem re vera regem habebamus, appellandum quoque esse regem; div II 110. ea poena si adfici || adficere || reum non oporteat, damnari quoque non oportere; inv II 59. — 5. animi enim quoque dolores || dol. q. || (sapiens) percipiet maiores quam corporis; fin II 108. tum quoque homini plus tribui quam nescio cui necessitati; prov 28. — II. atque alii quoque alio ex fonte praeceptores dicendi emanaverunt; inv II 7. ac diligenter illud quoque attendere oportebit; inv II 119. nec vero id satis est, sed illud quoque intellegendum est, neminem esse . .; fin V 30. ut sentire quoque aliud, non solum dicere videretur; fin IV 57.

quoquo, wohin nur: quoquo te verteris, (amicitia) praesto est; Lael 22.

quoquo versus, nach allen Seiten: circum eam statuam locum ludis liberos eius (Ser. Sulpicii) quoquo versus pedes quinque habere; Phil IX 16.

quorsum, quorsus, wohin? wozu? I. quorsum igitur haec disputo? quorsum? ut intellegere possitis . .; Quir 5. quorsum haec spectat oratio? de or III 91. quorsus, inquam, istuc? Bru 293. quorsum haec? quia sine sociis nemo quicquam tale conatur; Lael 42. — II. etsi verebar, quorsum id casurum esset; A III 24, 1. ut, quorsum (dominatio) ereptura sit, horreamus; A II 21, 1.

quot, wie viele, so viele als, alle: I. qui tot annos, quot habet, designatus consul fuerit; A IV 8, a, 2. quot orationum genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur; orat 53. quot homines, tot causae; de or II 140. qui ab dis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas di immortales ad Cn. Pompeium detulerunt; imp Pomp 48. peream, si te omnes, quot sunt, conantem loqui ferre poterint || poterunt ||; ep XI 23, 2. ut, quot essent renuntiati, tot in hydriam sortes conicerentur; Ver II 127. — II, 1. quotiens et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? Ver II 145. — 2. ut non auderet iterum dicere, quot milia fundus suus abesset ab urbe; Caecin 28. quot et quam manifestis in rebus teneare, non vides? Ver III 149. dicebant, quot ex sua quisque nave missos sciret esse; Ver V 101. si, bis bina quot essent, didicisset Epicurus; nat II 49. — III. quot genera quamque disparia beluarum! nat II 100. quot ego tuas petitiones effugi! Catil I 15. quot et quanti poëtae exstiterunt! Tusc IV 5. — IV. in quam (Mesopotamiam Euphrates) quot annos quasi novos agros invehit; nat II 130.

quotannis, jährlich: ut ei sacra fierent quotannis; Ver IV 151. Ceos accepimus ortum Caniculae diligenter quotannis solere servare; div I 130.

quotcumque, wie viele nur: »huic (praetori) potestate pari, quotcumque senatus creverit populusve iusserit, tot sunto«; leg III 8.

quoteni, je wie viele: partes fecit in ripa nescio quotenorum iugerum; A XII 33, 1.

quotidianus, quotidie s. **cot —**

quotiens, wie oft, wievielmal, so oft wie: I. non me totiens accipere tuas litteras, quotiens a Quinto mihi fratre adferantur || adferuntur ||; ep VII 7, 1. ante quam totiens, quotiens praescribitur, Paeanem aut Nomionem citarimus; de or I 251. quotiens coniugem, quotiens domum, quotiens patriam videret, totiens se beneficium meum videre; A I 14, 3. — II, 1. quotiens et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? Ver II 145. — 2. videre iam videor, quotiens ille tibi potestatem optionemque facturus sit, ut . .; div Caec 45. — III. quotiens tu me designatum, quotiens consulem interficere conatus es! Catil I 15. quotiens te pater eius domu sua eiecit, quotiens custodes posuit, ne limen intrares! Phil II 45. frater meus quotiens est ex vestro ferro ac manibus elapsus! dom 59.

quotienscumque, so oft nur: numquam dubitavit, quotienscumque alicuius aut gemma aut anulo delectatus est; Ver IV 57. quotienscumque is, quem pater patratus dederit, receptus non erit, totiens causa nova nascetur; de or II 137. apud eum ego sic Ephesi fui, quotienscumque fui, tamquam domi meae; ep XIII 69, 1. quotienscumque filium tuum video; ep VI 5, 1. quotienscumque (Pompeius) me videt; ep XIII 41, 1.

quotquot, wie viele nur: si duae leges aut si plures erunt, [aut] quotquot erunt; inv II 145.

quotus, der wievielste: I. sciebam te „quoto anno“ et „quantum in solo“ solere quaerere; A IX 9, 4. quotus erit iste denarius, qui non sit ferendus? Ver III 220. — II. quota enim quaeque res evenit praedicta ab istis (haruspicibus)? div II 52. quotus enim quisque est, qui teneat artem numerorum ac modorum? de or III 196. quotus quisque invenietur tanta virtute vir, qui . .? Sest 93.

quousque (quo usque), wie lange? quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? Catil I 1. quousque humi defixa tua mens erit? rep VI 17. quousque ludemur? A XV 22. quousque enim Massiliam oppugnabis? Phil VIII 18. quo enim usque tantum bellum privatis consiliis propulsabitur? Phil III 3. ei, qui, *quod* pro uno laborarit, id ipsum non obtinuerit, dici „quo usque?“ inridentis magis est quam reprehendentis; Planc 75. „quousque?“ inquies. quoad erit integrum; A XV 23.

R: ut usque ad alterum R litterae constarent integrae; Ver II 187.

rabide, wild, ungestüm: quem videmus omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate; Tusc V 16.

rabies, Wut, Wildheit: propter animi acerbitatem quandam et rabiem; Tusc III 63. qui neque eos existimet sine rabie quicquam fortiter facere posse; Tusc IV 53.

rabiose, wütend: nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde rabioseve fecerunt; Tusc IV 49.

rabiosulus, ziemlich wütend: primas || primum || illas rabiosulas sat fatuas dedisti; ep VII 16, 1.

rabiosus, wütend: vide, ne fortitudo minime sit rabiosa; Tusc IV 50.

rabula, Schreier, Rabulist: coniunctus Sulpicii aetati P. Antistius fuit, rabula sane probabilis; Bru 226. non causidicum nescio quem neque clamatorem || proclamatorem || aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus; de or I 202. omnium oratorum sive rabularum acutissimum iudico nostri ordinis Q. Sertorium; Bru 180. non rabulam de foro quaerimus; orat 47.

radiatus, strahlend: hic radiatus (sol) me intueri videtur; Ac II 126. »haec medium ostendit radiato stipite malum«; fr H IV, a, 638.

radicitus, mit der Wurzel, ganz: hanc excutere opinionem mihimet volui radicitus; fin II 27. tollenda est (cupiditas) atque extrahenda radicitus; fin II 27.

radicula, kleine Wurzel: secundum quietem visus ei (Alexandro) dicitur draco radiculam ore ferre et simul dicere, quo illa loci nasceretur; div II 135.

radio, strahlen: A. »conspicies Austri stellas sub pedibus stratas radiantis Aquari«; fr H IV, a, 416. »uno mentum radianti sidere lucet«; nat II 107. — B. »hoc motu radiantis etesiae in vada ponti«; orat 152.

radius, Zeichenstab, Halbmesser, Strahl: I, 1. »quantos radios iacimus de lumine nostro«; fr H IV, a, 559. — 2. ut, quem ad modum stellae in radiis solis, sic istae (accessiones) in virtutum splendore ne cernantur quidem; fin V 71. ex eadem urbe humilem homunculum a pulvere et radio excitabo, Archimedem; Tusc V 64. — II. in infimo orbe luna radiis solis accensa convertitur; rep VI 17. globosum est fabricatus, cuius omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur; Tim 17.

radix, Wurzel: I. quid scammoneae radix ad purgandum possit; div I 16. litterarum radices amaras, fructus dulces; fr I 18. — II, 1. vera gloria radices agit atque etiam propagatur; of II 43. (ea) suas radices habent; quas tamen evellerem profecto, si liceret; ep X 11, 3. radices palmarum agrestium iactabant; Ver V 99. cum radicem ore teneret (draco); div II 141. — 2. cum aspera arteria ostium habeat adiunctum linguae radicibus; nat II 136. — 3. in arborum radicibus inesse principatus putatur; nat II 29. virum ex isdem, quibus nos, radicibus natum, C. Marium; Sest 50. sunt omnia ista ex errorum orta radicibus; Tusc IV 57. — III. Pompeius, eo robore vir, iis radicibus; A VI 6, 4. — IV. virtus est una altissimis defixa radicibus; Phil IV 13. videmus ea, quae terra gignit, corticibus et radicibus valida servari; fin V 33.

rado, kratzen, zerkratzen, rasieren: qui capite et superciliis semper est rasis; Q Rosc 20. »mulieres genas ne radunto«; leg II 59. supercilia: s. caput.

raeda, Reisewagen: I. sequebatur raeda cum lenonibus; Phil II 58. — II, 1. Vedius mihi obviam venit cum duobus essedis et raeda equis iuncta; A VI 1, 25. — 2. hanc epistulam dictavi sedens in raeda, cum in castra proficiscerer; A V 17, 1. cum alter veheretur in raeda paenulatus; Milo 54.

raedarius, Kutscher: adversi raedarium occidunt; Milo 29.

ramulus, Zweig: in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum suum recidisse; div I 123.

ramus, Ast: I. in quibus (arboribus) non truncus, non rami, non folia sunt denique nisi ad suam conservandam naturam; de or III 179. — II nos audeamus non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras evellere; Tusc III 13.

rana, Frosch, Froschfisch, Seeteufel: ranae marinae dicuntur obruere sese harena solere et moveri prope aquam; nat II 125. ranae enim ῥητορεύουσιν; A XV 16, a.

ranunculus, kleiner Frosch: Ulubris honoris mei causa vim maximam ranunculorum se commosse constabat; ep VII 18, 3.

rapacitas, Raubsucht: quis in rapacitate avarior? Cael 13.

rapax, an sich reißend, raubgierig: reliqui in ipso bello rapaces; ep VII 3, 2. nihil est appetentius similium sui nec rapacius quam natura; Lael 50. improbi et rapaces magistratus in provinciis inserviebant publicanis; Ver III 94.

rapide, reißend schnell: rapide dilapsus (Fibrenus); leg II 6. quod cum rapide fertur, sustineri nullo pacto potest; orat 128.

rapidus, reißend, reißend schnell: »rapido cum gurgite flumen«; nat II 106. nusquam orationem rapidam coërceas; fin II 3.

rapina, Raub, Plünderung: I. si quae rapinae fieri coeperint; ep XIV 18, 1. videtis rapinas in indicium venire; Tul 42. — II, 1. rapinas scribis ad Opis fieri; A XIV 14, 5. s. I coeperunt. qui optent cotidie caedem, incendia, rapinas; dom 89. — 2. ad rapinas se cum exercitu suo contulit; Sest 88. — III. socii praedae ac rapinarum clamare coeperunt, ut . .; Ver II 47. — IV, 1. ibi te cum tuis rapinis explevisses; Phil II 50. — 2. quantum e multis familiis in turba et rapinis coacervari una in domo potuit; Sex Rosc 133.

rapio, raffen, reißen, hinreißen, fortreißen, plündern, rauben (rapsit: s. II alqd.): I. semper eo tractus est, quo libido rapuit, quo levitas, quo furor, quo vinulentia; Phil VI 4. ut Spartae, rapere ubi pueri et clepere discunt; rep IV 3. vinulentia: s. furor. cum utilitas ad se rapere videtur; of I 9. — II. qui ob facinus ad supplicium rapiendi videntur; de or II 238. ego iratus temporibus in Graeciam desperata libertate rapiebar; ep XII 25, 3. cum Caesar amentia quadam raperetur; ep XVI 12, 2. »sacrum sacrove commendatum qui clepsit rapsitve, parricida esto«; leg II 22. (semen) rapit omnem fere cibum ad sese eoque saeptum fingit animal; nat II 128. quae (classis) ducibus Sertorianis ad Italiam studio atque odio inflammata raperetur; imp Pomp 21. quae (causa) homines audaces in fraudem rapere soleat; inv II 36. „mortuus rapitur“; de or II 283. sacrum; s. alqd. cum alii deligatum omnibus membris (signum) rapere ad se funibus (conarentur); Ver IV 95. sibine uter*que* rapiat (tabulam), an alter cedat alteri? of III 90. ipsae res verba rapiunt; fin III 19. cum Sabinas virgines rapi iussit; rep II 12.

raptim, eilig, hastig: cum iste impius hostis omnium religionum ageret illam rem ita raptim et turbulente, uti . .; dom 139. haec scripsi raptim; A II 9, 1.

rapto, fortreißen, fortschleppen: raptata coniunx (est); Sest 145. quid vos uxor mea misera violarat, quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate lacerastis? dom 59.

raptus, Raub: 1. ut ipse (locus) raptum illum virginis declarare videatur; Ver IV 107. — 2. quis de Ganymedi raptu dubitat? Tusc IV 71.

raritas, Lockerheit, Porosität, Seltenheit: dicacitatis moderatio et temperantia et raritas dictorum distinguent ‖ distinguet ‖ oratorem a scurra; de or II 247. in pulmonibus inest raritas quaedam et adsimilis spongiis mollitudo; nat II 136.

raro, selten: inviti (negotiatores) Romam raroque decedunt; Ver III 96. evenire (id) vulgo soleat an insolenter et raro; inv I 43. si, quod raro fit, id portentum putandum est; div II 61. alterum et a paucis et raro, alterum et saepe et a plurimis; nat III 69.

rarus, selten, einzeln, zerstreut: raros esse quosdam, qui rerum naturam studiose intuerentur; Tusc V 9. hunc ex maxime raro genere hominum indicare debemus et paene divino; Lael 64. oportet animadvertere, ne, cum aliter sint multa iudicata, solitarium aliquid aut rarum iudicatum adferatur; inv I 83. vides habitari in terra raris et angustis locis; rep VI 20. plausus exiles et raros excitare; Sest 115.

ratio, Rechnung, Liste, Verzeichnis, Rechenschaft, Rücksicht, Verhältnis, Beziehung, Plan, System, Theorie, Lehre, Methode, Regel, Grundsatz, Weise, Zustand, Einsicht, Vernunft, Vernunfttätigkeit, Ver-

nunftschluß, Folgerung, Beweggrund: I. **absolut:** 1. cum ad naturam eximiam atque inlustrem **accesserit** ratio quaedam confirmatioque doctrinae; Arch 15. sequitur tertia, quae per omnes partes sapientiae manat et funditur, quae rem definit, genera dispertit, sequentia adiungit, perfecta concludit, vera et falsa diiudicat, disserendi ratio et scientia; Tusc V 72. quid loquar, quanta ratio in bestiis ad perpetuam conservationem earum generis appareat? nat II 128. fieri omnia fato ratio cogit fateri; div I 125. ecquid te ratio iuris commovet? Caecin 93. concludit: f. adiungit. civilis quaedam ratio est, quae multis et magnis ex rebus constat; inv I 6. ex accusatione et ex defensione (iudiciorum ratio) constat; of II 49. quod vitae ratio cum ratione vitae decerneret; Quinct 92. cui (Alcidamanti) rationes eae defuerunt, ubertas orationis non defuit; Tusc I 116. definit, diiudicat, dispertit: f. adiungit. neque in eo quicquam a meis rationibus discrepabunt tuae; ep V 20, 6. qui (sensus) si omnes veri erunt, ut Epicuri ratio docet; fin I 64. efficiet ratio, ut mors malum non sit; Tusc I 23. disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi; orat 113. sequitur, ut eadem sit in iis (dis), quae humano in genere, ratio; nat II 79. neque mihi par ratio cum Lucilio est ac tecum fuit; nat III 3. ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus; of I 135. faciam, ut tibi nota sit omnis ratio dierum atque itinerum meorum; ep III 5, 4. f. constat. cuius ratio quamquam floruit cum acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi; Ac II 16. si eandem vim habet aequitatis ratio; Caecin 58. nec nos impediet illa ignava ratio, quae dicitur; fat 28. quae ratio poëtas impulit, ut . .; nat II 166. ea ratio sic illi parti imperabit inferiori, ut iustus parens probis filiis; Tusc II 51. impetret ratio, quod dies impetratura est; A XII 10. in eo inerat ratio et bonis artibus instituta et cura et vigiliis elaborata; Cael 45. tu sumebas nisi in hominis figura rationem inesse non posse; nat I 98. qui neget in his ullam inesse rationem eaque casu fieri dicat; nat II 97. latius manabit haec ratio; Tusc II 66. f. adiungit. omnis ratio dicendi tribus ad persuadendum rebus est nixa; de or II 115. ex qua (natura) ratio et intellegentia oriretur; fin IV 12. hanc rationem ad perturbationem iudiciorum omnium pertinere; inv II 61. denuntiasti apertius, quam vel ambitionis vel aetatis tuae ratio postulabat; Planc 52. ex ea (virtute) proficiscuntur honestae voluntates omnisque recta ratio; Tusc IV 34. f. viget. ratio cum ratione pugnabit; Cael 22. quod ratio quaedam sanat illos, hos ipsa natura; Tusc III 58. sequitur: f. adiungit. valet ista ratio aestimationis in Asia; Ver III 192. prima veniat in medium Epicuri ratio; fin I 13. haec mihi videtur delicatior, ut ita dicam, molliorque ratio, quam virtutis vis gravitasque postulat; fin V 12. ratio profecta a Socrate, repetita ab Arcesila, confirmata a Carneade usque ad nostram viguit aetatem; nat I 11. — 2. ratio **est**, cum omnis quaestio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit; inv I 18. ratio est ea, quae continet causam, quae si sublata sit, nihil in causa controversiae relinquatur; inv I 18. eius causae ratio est, quod illa Agamemnonem occiderit; inv I 18. est lex nihil aliud nisi recta et a numine deorum tracta ratio; Phil XI 28. omnis opinio ratio est, et quidem bona ratio, si vera, mala autem, si falsa est opinio; nat III 71. — 3. o perturbatam rationem! agr II 55.

II. **nach Verben:** 1. maiores nostros semper ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes **accommodasse**; imp Pomp 60. discripsit pecuniam ad Pompei rationem, quae fuit accommodata L. Sullae discriptioni; Flac 32. si rationem, cur id fiat, adferre nequeam; div I 86. distinguendi gratia rationem appellemus eam, quae adfertur a reo ad recusandum depellendi criminis causa; part or 103. cedo rationem carceris, quae diligentissime conficitur; Ver V 147. quam rationem vos diligenter cogitare et penitus perspicere debetis; Cluent 95. cognoscite novam praedandi rationem ab hoc primum excogitatam; Ver V 60. commutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicae; ep I 8, 4. ex quo beate vivendi ratio inveniri et comparari potest; fin V 16. idem (Zeno) similitudine, ut saepe solet, rationem conclusit hoc modo; nat II 22. nisi (rationes) tecum contulissem confecissemque; ep V 20, 1. ut apud duas civitates rationes confectas conlatas deponeremus; ep V 20, 2. ut confectas rationes lege Iulia apud duas civitates possem relinquere; A VI 7, 2. f. cedo, confero. confirmo: f. I, 1. viget. perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio; inv II 164. omnis ratio vitae definitione summi boni continetur; Ac II 132. quod iam depositis rationibus ex provincia decessimus ‖ decessissemus ‖; ep V 20, 8. quem ad modum esset ei ratio totius belli descripta, edocui; Catil II 13. quamquam ipsa virtus brevissime recta ratio dici potest; Tusc IV 34. f. I, 1. impedit. si rationem hominibus di dederunt, malitiam dederunt; nat III 75. duxi meam rationem; A VIII 11, D, 7. elaboro: f. I, 1. inest; Cael 45. utrum videatur diligenter ratio faciendi esse habita et excogitata, an . .; inv II 44. f. cognosco. nec is ipse habet explicatam aut exploratam rationem salutis suae; ep VI 1, 2. exponam vobis non quandam aut perreconditam aut valde difficilem aut magnificam aut gravem rationem consuetudinis meae, qua quondam solitus sum uti; de or I 135. fundo: f. I, 1. adiungit. ut me rationem habere velis et salutis et dignitatis meae; ep X 2, 2. cum omnibus Musis rationem habere cogito; A II 5, 2. ais „habe meam ‖ mei ‖ rationem". habe tu nostram ‖ nostrum ‖; A VII 9, 4. f. excogito, explico. neglecta (ratio) multis implicatur erroribus; Tusc IV 58. inita ratio est, ut se abdicarent; rep. II 61. nec nostra quaedam est instituenda nova et a nobis inventa ratio; rep I 13. f. I, 1. inest; Cael 45. invenio: f. comparo, instituo. et manendi in vita et migrandi ratio omnis iis rebus metienda; fin III 61. rationem illi defendendi totam esse mutandam; div Caec 25. neglego: f. implico. rationes ita sunt perscriptae scite et litterate, ut . .; Piso 61. mei rationem iam officii confido esse omnibus iniquissimis meis persolutam; Ver V 177. perspicio: f. cogito. perturbo: f. I, 3. nec illa infinita ratio superstitionis probabitur; nat III 52. haec una ratio a rege proposita Postumo est servandae pecuniae; Rab Post 28. ut rationes cum publicanis putarent; A IV 11, 1. iuridicialis (pars constitutionis) est, in qua aequi et recti natura aut praemii aut poenae ratio quaeritur; inv I 14. quaere rationem, cur ita videatur; Ac II 81. ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putasti? Ver II 43. nullis ab illo (Demosthene) rationibus relatis; opt gen 19. si rationum referendarum ius vetus et mos antiquus maneret; ep V 20, 1. quoniam lege Iulia relinquere rationes in provincia necesse erat easdemque totidem verbis referre ad aerarium; ep V 20, 2. f. conficio. mea ratio in tota amicitia nostra constans et gravis reperietur; ep III 8, 6. qua lege in eo genere a senatore ratio repeti solet; Cluent 104. f. I, 1. viget. mihi videris ante tempus a me rationem ordinis et disponendarum rerum requisisse; de or II 180. qui hanc sectam rationemque vitae secuti sumus; Cael 40. subducta utilitatis ratione; fin II 78. non modo disputandi, sed etiam vivendi ratione sublata; of II 7. f. I, 2. inv I 18. cum tradunt rationem neglegendae mortis, perpetiendi doloris; of III 118. vicit rationem amentia; Cluent 15.

humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, sollertiam, quam rationem vocamus, non dari; nat III 69. — 2. ut oblivisceretur prope ‖ patroni ‖ omnium fortunarum ac rationum suarum; ep III 10, 5. meae totius in dicendo rationis tres sunt res ‖ rationes ‖; de or II 128. horum sunt auguria non divini impetus, sed rationis humanae; div I 111. — 3. efficiendum est, ut appetitus rationi oboediant; of I 102. necesse est istius modi rationi aliquo consilio obsistere; Ver pr 33. praestantissimum est appetitum obtemperare rationi; of I 141. duas partes ei (rationi Plato) parere voluit, iram et cupiditatem; Tusc I 20. — 4. num censes subtiliore ratione opus esse ad haec refellenda? nat III 61. adulescentes bonos comitiorum ratione privavi; Piso 4. utile est uti motu animi, qui uti ratione non potest; Tusc IV 55. f. 1. expono. — 5. quorum mens abhorret a ratione; Tusc IV 35. (animus) concitatus et abstractus ab integra certaque ratione; Tusc IV 38. quod suos dies mensesque congruere volunt cum solis lunaeque ratione; Ver II 129. decerno cum: f. I, 1. decernit. qui ab antiquorum ratione desciscis; Ac I 43. si qui tantulum de recta ratione deflexerit; Ver V 176. discrepo a: f. I, 1. discrepant. praetorem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissensisset; Vatin 38. cum idem in ‖ idem ‖ usu dicendi sequerentur, paululum in praecipiendi ratione dissenserunt; inv I 57. qui spem salutis in alia ratione non habuerit; Cluent 64. vehementius invectus es in eam Stoicorum rationem; nat III 94. ut iam de tua quoque ratione meditere; ep I 8, 4. una pars in appetitu posita est, altera in ratione; of I 101. reperiemus id ex honestissimis causis natum atque ab ‖ [natum] atque ‖ optimis rationibus profectum; inv I 2. pugno cum: f. I, 1. pugnat. ut illa de urbis situ revoces ad rationem; rep II 22. qui ad te ipsum de ratione Latine loquendi accuratissime scripserit; Bru 253. in hac tam dispari ratione belli miserrimum illud est; Phil VIII 9. neque esse mens divina sine ratione potest; leg II 10. Aebutius versabatur in his rationibus auctionis et partitionis; Caecin 13. tota vita in eius modi ratione versata aperiebatur; Cluent 101.

III. **nach Adjectiven und Adverb**: 1. nec solum animantes (esse deos), sed etiam rationis compotes; nat II 78. sunt (ferae) rationis et orationis expertes; of I 50. quoniam (homo) rationis est particeps; nat II 32. — 2. non est alienum meis rationibus istum mihi ad illud populi Romani iudicium reservari; Ver V 173. huic rationi quod erat consentaneum; Ac I 45. motus contrarios inimicosque rationi; Tusc IV 10. quid (Epicurus) convenienter possit rationi et sententiae suae dicere; fin II 84. — 3. animorum motus, aversi a ratione; Tusc IV 34. huic (parti animi) omnia visa obiciuntur a mente ac ratione vacua; div I 60.

IV. **nach Substantiven**: 1. neminem umquam alterius rationis ac partis offendit; Balb 58. perturbationem, quae est aspernatio rationis aut appetitus vehementior; Tusc IV 59. quod efficitur hac etiam conclusione rationis; fin III 59. cum philosophia ex rationum conlatione constet; Tusc IV 84. huius rationis non modo non inventorem, sed ne probatorem quidem esse me; Caecin 85. ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta; Ac II 124. M. Catoni vitam ad certam rationis normam derigenti ‖ dir. ‖ respondebo; Muren 3. tum eveniet, ut illa tertia pars rationis et mentis eluceat; div I 61. rationis perfectio est virtus; fin IV 35. probator: f. inventor. est prima homini cum deo rationis societas; leg I 23. in qua (mente) sit mirabilis quaedam vis rationis et cognitionis et scientiae; fin V 34. — 2. leguntur eadem ratione ad senatum Allobrogum populumque litterae; Catil III 10. — 3. quia esset inter eos de omni vivendi ratione dissensio; leg I 55. cuius (Antiochi) libri sunt de ratione loquendi multi et multum probati; Ac II 143. nocenti reo magnitudinem pecuniae plus habuisse momenti ad suspicionem criminis quam ad rationem salutis; Ver pr 52. ad hanc rationem quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximam; of I 120.

V. **Umstand**: 1. qui rem bonis et honestis rationibus auxisset; Rab Post 38. pecuniam permagnam ratione ista cogi potuisse confiteor; Font 20. quam (amicitiam) nec usu nec ratione habent cognitam; Lael 52. quorum alterum intellegentia et ratione comprehenditur; Tim 3. ut argumentum ratione concludat; orat 137. quae (natura) per omnem mundum omnia mente et ratione conficiens funditur; nat II 115. qui iam cum isto re ac ratione coniunctus esset; Ver II 172. utinam posset aliqua ratione hoc crimen defendere! Ver III 224. possunt haec quadam ratione dici; fin I 62. haec coniunctio confusioque virtutum tamen a philosophis ratione quadam distinguitur; fin V 67. quae (caedes) tum factae sunt ista eadem ratione; Sex Rosc 94. animo ac ratione intellegi posse voluptatem esse expetendam; fin I 31. quae consilio aliquo aut ratione inveniri potuerunt; Ver II 181. cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur; Tusc IV 13. si certorum hominum mentes nulla ratione placare possumus; Balb 62. ea ne accidere possent, consilio meo ac ratione provisa sunt; agr II 102. neque omnis aegritudo una ratione sedatur; Tusc IV 59. est omni ratione tectior; Phil XIII 6. si ratione et sapientia nihil est melius; nat II 18. consentaneum est his, quae dicta sunt, illorum ratione, qui illum bonorum finem crescere putent posse . .; fin III 48. hac quidem ratione omnis natura artificiosa est; nat II 57. — 2. qui appetitus non satis a ratione retinentur; of I 102. cum (Cato) ita sit ad nostrorum temporum rationem vetus, ut . .; Bru 69. f. II, 1. accommodo. voluntas est, quae quid cum ratione desiderat; Tusc IV 12. si ex senatus aestimatione, non ex annonae ratione solvisses; Ver III 195. in hac ipsa ratione dicendi excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere ignota videbantur; de or I 187. qui per fiduciae rationem fraudavit quempiam; Caecin 7. ei propter rationem Gallici belli provinciam extra ordinem decernebant; prov 19. naturam esse censent vim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios; nat II 81.

ratiocinatio, Überlegung, Vernunftschluß, Schlußfolgerung: I. ratiocinatio est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum et per se cognitum sua se vi et ratione confirmet; inv I 57. ratiocinatio est diligens et considerata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio. ea dicitur interfuisse tum, cum aliquid certa de causa vitasse aut secutus esse animus videtur, ut, si amicitiae quid causa factum dicitur, si inimici ulciscendi, si metus, si gloriae, si pecuniae, si denique . .; inv II 18. — II, 1. nobis videtur omnis ratiocinatio concludenda esse; inv I 72. — 2. ex ratiocinatione nascitur controversia, cum ex eo, quod uspiam est, ad id, quod nusquam scriptum est, venitur; inv II 148. — III. ex scripto non scriptum aliquid inducere per ratiocinationem; inv II 142. ex ceteris legibus per ratiocinationem veniendum est ad eius modi rationem, ut . .; inv II 149.

ratiocinativus, folgernd: quartum (genus) ratiocinativum, quintum definitivum nominamus; inv I 17.

ratiocinator, Rechnungsführer, Berechner: I. ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus; of I 59. — II. Hilarum dico, ratiocinatorem et clientem tuum; A I 12, 2.

ratiocinor, rechnen, berechnen, überlegen, schließen: I, 1. ut bono patri familias colendi, aedificandi, ratiocinandi quidam usus opus est; rep V 4. — 2. si recte ratiocinabimur; Phil II 55. parumne ratiocinari videtur? nat III 66. — II, 1. de pecunia ratiocinari sordidum esse, cum de gratia referenda deliberetur; inv II 115. — 2. ratiocinari (oportebit), quid in similibus rebus fieri soleat; inv II 61. ratiocinando, quid cuiusque iuris, officii, potestatis sit, quaeri oportebit; inv II 94.

ratis, Floß, Fahrzeug: I, 1. ne ratibus coniunctis freto fugitivi ad Messanam transire possent; Ver V 5. — 2. tamquam in rate in mari immenso nostra vehitur ratio; Tusc I 73. — II. ratibus exitus portus teneri; A IX 12, 1. transire: f. I, 1.

ratiuncula, Grund, Schluß: I. leves ratiunculas eorum (esse), qui ita cogitarent; Tusc IV 43. — II. concludunt ratiunculas Stoici, cur (dolor) non sit malum; Tusc II 29.

ratus, fest, gültig, bestimmt, bestätigt, rechtskräftig: ut Faustae, cui cautum ille esse voluisset, ratum esset; A V 8, 2. rata auctoritas harum rerum omnium ab iure civili sumitur; Caecin 74. populi comitia ne essent rata, nisi ea patrum, approbavisset auctoritas; rep II 56. quae conclusiones idcirco ratae sunt, quod . .; Top 56. cum cernerent eorum (astrorum) in omni aeternitate ratos immutabilesque cursus; nat II 95. ne ratum haberetur ‖ ratum habere ‖ iudicium, si totum corruptum [sit]: part or 125. possuntne hae leges esse ratae sine interitu legum reliquarum? Phil V 8. cum tam certos caeli motus, tam ratos astrorum ordines viderit; nat II 97. (sonus) intervallis disiunctus imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis; rep VI 18. quod nullo rato tempore videmus effici; div II 44. testamentorum ruptorum aut ratorum iura; de or I 173. cuius tribunatus si ratus est, nihil est, quod irritum ex actis Caesaris possit esse; prov 45.

raucus, heiser, dumpf: nos raucos saepe attentissime audiri video; de or I 259. nisi ipse rumor iam raucus erit factus; ep IX 2, 5.

raudusculum, kleiner Betrag, kleine Schuld: I. nec mehercule me raudusculum movet; A XIV 14, 5. — II. de raudusculo quod scribis; A IV 8, 1. — III. de raudusculo Puteolano gratum; A VI 8, 5. de raudusculo Numeriano multum te amo; A VII 2, 7.

ravus, grau: quia (mare) nobismet ipsis modo caeruleum videbatur, mane ravum; Ac II 105.

rea, Angeklagte: tota denique rea citaretur Etruria; Milo 50. ut socrus adulescentis rea ne fiat; ep XIII 54.

reapse, in der Tat, wirklich: obiciuntur etiam saepe formae, quae reapse nullae sunt, speciem autem offerunt; div I 81. quaero, quid reapse sit turpius quam sine procuratione senator legatus; leg III 18. perinde, ut est reapse; ep IX 15, 1.

rebellio, Kriegserneuerung: Poeni multis Karthaginiensium rebellionibus nihil se degenerasse docuerunt; Scaur 42.

recalesco, warm werden: cum (nostra corpora) motu atque exercitatione recalescunt; nat II 16.

recedo, zurücktreten, sich zurückziehen, sich entfernen, abweichen, verlassen: I. sin a consuetudine recedatur; Caecin 2. — II. qui non ab sententia, sed ab litteris legis recesserit; inv II 141. si a sententiis eius dictis, si ab omni voluntate consiliisque recedam; A XII 4, 2. campus: f. undae. temporis iniquitas atque invidia recessit; Cluent 80. ne animi motus a natura recedant; of I 131. cum res ab eo, quicum contraxisset, recessisset; Quinct 38. quia (hae stellae) tum adeunt, tum recedunt; nat II 51. si campus atque illae undae comitiorum sic effervescunt quodam quasi aestu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant; Planc 15.

recens, frisch, neu, unmittelbar, soeben, jung, kräftig: A. Ovius enim recens; A XVI 1, 5. Regini quidam, Roma sane recentes; A XVI 7, 1. exspecto recens aliquid; A XIII 17. hinc recentior Academia manavit; de or III 68. recenti adventu meo nulla re saluti tuae defui; ep V 17, 2. qui tibi erat magis obstrictus beneficio recenti; dom 118. in altera (epistula), quae mihi recentior videbatur, dies non erat; ep III 11, 1. recentissima tua est epistula Kal. data; A VIII 15, 3. recens exemplum fortissimi viri profero; Ver I 56. lege hac recenti ac nova certus est inquisitioni comitum numerus constitutus; Flac 13. cum praeteriti doloris memoria recens est; fin II 95. cum tanta multitudo civium tam recenti officio suo me ad referendam gratiam nominatim vocaret; dom 7. est aegritudo opinio recens mali praesentis; Tusc IV 14. sin illa res prima valuit, num inveterata quam recens debuit esse gravior? Sulla 81. Segulium neglegamus, qui res novas quaerit, non quo veterem comederit, sed hanc ipsam recentem novam devoravit; ep XI 21, 2. quae (vestigia) tu in tabulis publicis expressa ac recentia reliquisti; Ver II 105. — B, a. attulisti aliud humanius horum recentiorum; fin II 82. — b. cur aut vetera aut aliena proferam potius quam et nostra et recentia? leg III 21.

recensio, Musterung: ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam exstingueret; Milo 73.

receptaculum, Stapelplatz, Sammelplatz, Zufluchtsort: I. illi Capuam receptaculum aratorum esse voluerunt; agr II 89. cui templum illud fuit receptaculum veterum Catilinae militum; Piso 11. corpus quasi vas est aut aliquod animi receptaculum; Tusc I 52. — II. ille classis praedonum receptacula sustulit; Flac 29.

receptor, Hehler: sustinuisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator et receptor locus; Milo 50.

receptrix, Hehlerin: 1. te Messana circumvenit, tuorum adiutrix scelerum, praedarum ac furtorum receptrix; Ver IV 17. — 2. fuisse Messanam omnium istius furtorum ac praedarum receptricem; Ver IV 150.

receptus, Rückzug: I. neque ea signa audiamus, quae receptui canunt; rep I 3. — II. receptui signum audire non possumus; Phil XIII 15.

recessus, Zurückgehen, Zurückweichen, Entfernung, Zurückgezogenheit, Ruhepunkt, Schlupfwinkel: I. cum in animis hominum tantae latebrae sint et tanti recessus; Marcel 22. mihi solitudo et recessus provincia est; A XII 26, 2. — II. ut metus recessum quendam animi et fugam (efficiat); Tusc IV 15. eorum (aestuum) certis temporibus vel accessus vel recessus sine deo fieri non possunt? nat III 24. habeat illa in dicendo admiratio umbram aliquam et recessum; de or III 101. me recessum et solitudinem quaerere; A X 4, 10. — III. cum conversiones commutationesque tantae fiant accessu stellarum et recessu; div II 89.

recido, zurückfallen, zurückschnellen, zurückkommen, herabsinken, geraten, kommen: nemo est, qui, si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur; A I 1, 2. videsne, ut ordine verborum paululum commutato ad nihilum omnia recidant? orat 233. quia et recidunt omnia in terras et oriuntur e terris; nat II 66. id ego puto ad nihil recasurum; A IV 18, 4 (16, 12). cum ad eum (Romulum) dominatus ‖ potentatus ‖ omnis reccidisset; rep II 14. huius amentiae poena in ipsum familiamque eius recidat! Phil IV 10. in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum suum recidisse; div I 123. ut

omnem suspicionem in vosmet ipsos recidere intellegas; Sex Rosc 79.

recido, vermindern, einschränken: nationes eas ita ab eodem esse recisas, ut . .; prov 31.

totus, ganz, völlig: A. qui se totos in salutem rei publicae contulerunt; Phil XII 7. totum me patefeci; ep VI 10, 1. ut totum te susciperet ac tueretur; ep XVI 12, 6. Octavius mihi totus deditus; A XIV 11, 2. totum se a te abalienavit Dolabella; A XIV 18, 1. ubi plus mali quam boni reperio, id totum abiudico atque eicio; de or II 102. illud totum habuit e disciplina; Bru 268. tres totius accusationis partes fuisse; Muren 11. huic discendi delectationi toto se animo dedissent? Tusc V 115. totum illum annum querelas senatus pertulerunt; Quir 11. quae (rhetorum artes) sunt totae forenses atque populares; fin III 4. multos ab isto deos tota Asia Graeciaque violatos; Ver IV 71. huius totius belli in unius viri vita positum esse discrimen; Phil XIV 3. quod is (sol) diem efficeret toto caelo luce diffusa; nat II 95. toto Capitolio tabulae figebantur; Phil II 92. quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio? orat 51. quod tota in hac causa difficillimum est; Tusc I 78. tota civitas confecta senio est; Milo 20. fuerit toto in consulatu sine provincia; prov 37. tactus toto corpore aequabiliter fusus est; nat II 141. totam hanc deliberationem evolvis accuratius; A IX 10, 7. audite consulem totos dies atque noctes de re publica cogitantem! Muren 78. totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine cum teneret; Arch 6. vides unius iniustitia concidisse genus illud totum rei publicae; rep I 64. Graecia: f. Asia. deduxisti totum hominem in duo genera solum causarum; de or II 71. ut populo Romano totique Italiae suppeditare possent; Ver V 99. dilectum haberi (oportere) in urbe et in Italia praeter Galliam tota; Phil V 31. cum dilectus haberi tota Italia iussisti; Phil VII 13. hic totus locus disputationis pertinet ad commune ius; Balb 30. ut tota mente atque artubus omnibus contremescam ‖ contremiscam ‖; de or I 121. leve est totum hoc risum movere; de or II 218. cui aeternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo; Tusc IV 37. quae (natura) tota perturbatur; fin V 47. nox illa tota in exinanienda nave consumitur; Ver V 64. cuius (Helices) clarissimas stellas totis noctibus cernimus; nat II 105. f. dies. omnem totius operis dissignationem ‖ design. ‖ atque apparatum (requiro); nat I 20. qui (Lacedaemonii) soli toto orbe terrarum unis moribus vivunt; Flac 63. annus, ubi sol suum totum confecit et peragravit orbem; Tim 32. si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur; leg I 49. de Scapulanis hortis toto pectore cogitemus; A XIII 12, 4. quem in provincia tota Verres audacia sui simillimum iudicavit; Ver III 22. unus venditor tota in provincia per triennium frumenti omnis fuisti; Piso 86. de quo haec tota quaestio est; Ac II 83. nihil fallacius ratione tota comitiorum; Muren 36. totius huiusce rei quae sit vis; Flac 9. qui hanc rem publicam Capuam totam ‖ t. C. ‖ transferre vellent; agr II 89. vestigium statuarum istius in tota Sicilia nullum esset relictum; Ver II 160. arant tota Sicilia fere Centuripini; Ver III 108. ut tota tempora diurna in iis (devorsoriis) possim consumere; A XI 5, 2. sapientem omne caelum totamque cum universo mari terram mente complexum; fin II 112. qui (modi) totis theatris maestitiam inferant; Tusc I 106. si totum evertunt tribunatum tuum; dom 41. (rationem) totius perfectione vitae locupletatam; fin II 38. fama tota urbe percrebruit; Ver IV 94. vim in tota urbe versari; Planc 71. — B, I. totum in eo est, ut tibi imperes; Tusc II 53. — II. unam principio partem (deus) detraxit ex toto; Tim 22.

trabalis, für einen Balken: ut hoc beneficium trabali clavo figeret; Ver V 53.

tractabilis, fühlbar, nachgiebig: corporeum et aspectabile itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est; Tim 13. nihil est eo (filio) tractabilius; A X 11, 3. quae (virtus) est cum multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis; Lael 48.

tractatio, Bearbeitung, Behandlung, Gebrauch: I. tractatio varia esse debet; de or II 177. orationis est ad venustatem ipsa tractatio; de or III 206. ipsa mihi tractatio litterarum salutaris fuit; Bru 15. est in utroque et materia et tractatio: materia in verbis, tractatio in conlocatione verborum; orat 201. — II, 1. nec ab haruspicibus accipiunt earum (fidium, tibiarum) tractationem, sed a musicis; div II 9. orator tractationem orationis sibi adsumet; de or I 54. — 2. quae observata sunt in usu ac tractatione dicendi; de or I 109. qui in armorum tractatione versantur; de or III 200. — III. est haec distinctio in verbis; altera natura, tractatione altera; part or 17.

tractatus, Behandlung, Beschäftigung: qui ipsarum artium tractatu delectati nihil in vita sunt aliud acturi; de or III 86.

tracto, betasten, berühren, behandeln, sich beschäftigen, untersuchen, lenken, verwalten, darstellen, spielen, benehmen: I. faciamus tractando usitatius hoc verbum; Ac I 27. — II. qui (Pomptinus) a te tractatus est praestanti ac singulari fide; ep III 10, 3. quo in munere ita se tractavit, ut . .; ep XIII 12, 1. velim quam honorificentissime et quam liberalissime C. Flavium tractes; ep XIII 31, 1. me (Hortensius) sceleratissime insidiosissimeque tractavit; Q fr I 3, 8. pro ratione pecuniae liberalius est Brutus tractatus quam Pompeius; A VI 3, 5. eum (Ciceronem) non modo liberaliter a nobis, sed etiam ornate cumulateque tractari; A XV 15, 4. quo modo (quidque defensorem tractare oporteat; inv II 44. quae a dialecticis aut a physicis tractantur; div II 11. huius eloquentiae est tractare animos; orat 97. non aliter tractari putant oportere argumentationem; inv I 60. nec auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus est aut sententiarum; orat 71. qui meam bibliothecen multorum nummorum tractavit; ep XIII 77, 3. neque se ante causas amicorum tractare atque agere coepisse, quam ius civile didicisset; de or I 170. civitates tractatae quem ad modum sunt? Ver III 66. conventa: f. res. tracta definitiones fortitudinis;

Tusc IV 53. num geometriam Euclide aut Archimede, num musicam Damone aut Aristoxeno, num ipsas litteras Aristophane aut Callimacho tractante tam discerpta fuisse, ut . . ? de or III 132. quis gubernacula rei publicae tractare in maximo cursu posse arbitraretur hominem vino confectum? Sest 20. te illam (historiam) tractante; leg I 5. controversum ius nosse et tractare videare; Muren 28. litteras: ſ. geometriam. habeat omnes philosophiae notos ac tractatos locos; orat 118. si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem; par 38. musicam: ſ. geometriam. pacta: ſ. res. qui in iis (partibus) cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt; de or I 59. pecuniam publicam tu tractabas; div Caec 32. in eius modi persona, quae propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractata est; Arch 3. quae (res) non excogitantur ab oratore, sed in re positae ratione tractantur, ut tabulae, testimonia, pacta, conventa; de or II 116. cuius arbitrio sicae nunc omnes atque omnia venena tractantur; har resp 34. quem ad modum socii populi Romani a magistratibus nostris tractentur; Ver III 122. tabulas, testimonia: ſ. res. venena: ſ. sicas.

tractus, Zug, Ausdehnung, Lage, Landstrich, Gegend: I, 1. tractus ille celeberrimus, Venafranus, Allifanus, se huius honore ornari arbitrabatur; Planc 22. — 2. quae dubitatio [quanta haesitatio] tractusque verborum! de or II 202. — II. cuius (urbis) is est tractus ductusque muri definitus arduis montibus; rep II 11. orno: ſ. I, 1. — III. Coelius neque verborum conlocatione et tractu orationis leni et aequabili perpolivit illud opus; de or II 54.

traditio, Übergabe: 1. facilem pupillo traditionem esse; Ver I 132. — 2. abalienatio est eius rei, quae mancipi est, aut traditio alteri nexu || nexo || aut in iure cessio; Top 28.

trado, überliefern, übergeben, preisgeben, hingeben, widmen, mitteilen, berichten, vortragen, lehren: I, 1. patrimonia spe bene tradendi relinquimus; nat III 76. — 2, a. qui (Habonius) non putaret sibi expedire ita accipere, ne eodem modo tradendum esset; Ver I 134. — b. ita nobis maiores nostros tradidisse; nat III 9. — II, 1. eodem modo de utraque re traditum nobis est; Caecin 96. ſ. III. alqd. — 2. quae dicam, trade memoriae; rep VI 10. — 3. prudentissima civitas Atheniensium fuisse traditur; Sex Rosc 70. — 4. ut Isocratem dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos; Bru 204. — III. totum ei (Philoni) me tradidi; Bru 306. sic ei (Caesari) te commendavi et tradidi, ut gravissime diligentissimeque potui; ep VII 17, 2. quae de officiis tradita ab illis (philosophis) et praecepta sunt; of I 4. pollicenti cuidam se artem ei memoriae traditurum; Ac II 114. ut facile bellum reliquis traderet; of II 40. non modo illam hereditatem, sed bona patria fortunasque tradidit; Ver II 59. huius audaciae fidelissimos socios optimosque cives scitote traditos; Ver III 24. quod ab iis (parentibus) nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est; sen 2. consuetudinem a maioribus traditam commutare ausus est; Ver III 15. quae (ars) primo progressu festive tradit elementa loquendi et ambiguorum intellegentiam concludendique rationem; Ac II 92. fortunas, hereditatem: ſ. bona. ut homines ingeniosissimi, quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa ac tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum; inv I 4. totum hominem tibi ita trado, „de manu", ut aiunt, „in manum" tuam istam; ep VII 5, 3. hominem comprehendit et in custodiam Ephesi tradidit; Q fr I 2, 14. imperium navium legato populi Romani ademisti, Syracusano tradidisti; Ver V 137. intellegentiam: ſ. elementa. qui (Mercurius) dicitur Aegyptiis leges et litteras tradidisse: nat III 56. libertatem: ſ. civitatem. litteras: ſ. leges. nunc certos confirmandi et reprehendendi in singula causarum genera locos tradendos arbitramur; inv II 11. a te confirmatum (nomen) posteris etiam suis tradituros se esse; Deiot 41. quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa aut certe obscura opinio; de or I 92. pueris illud et mulieribus oppidum scitote esse traditum; Cluent 195. (populus) omnem suam de nobis potestatem tradidit vobis; Flac 4. patrimonium: ſ. civitatem. qui dicendi praecepta traderent; de or I 84. Philo instituit alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum; Tusc II 9. cum iam manum ad tradendam pyxidem porrexisset; Cluent 63. traditur ab Epicuro ratio neglegendi doloris; fin II 93. ſ. elementa. quae (res) quasi in arte traduntur; de or I 99. scientiam: ſ. opinionem. socios: ſ. cives. mecum, ut tibi illa (Topica) traderem, egisti; Top 2. putabam virtutem hominibus, si modo tradi ratione possit, instituendo et persuadendo, non minis et vi ac metu tradi; de or I 247. cum Alcibiades Socrati supplex esset, ut sibi virtutem traderet; Tusc III 77. vitam: ſ. civitatem. — IV, 1. tradamus nos ei (philosophiae) curandos; Tusc III 13. quae bona utenda ac possidenda tradiderat; Ver II 46. cui res publica traditur sustinenda; Muren 3. — 2. quaesivit, quis aedem Castoris sartam tectam deberet tradere; Ver I 131. qui senatum tribuno furenti constrictum traderent; dom 113. — 3. sollicitam mihi civitatem tradidistis; agr I 23. rem publicam incolumem magistratibus deinceps traditam; Quir 17. — 4. optima hereditas a patribus traditur liberis gloria virtutis rerumque gestarum; of I 121. senatum servire populo, cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem quasi quasdam habenas tradidisset; de or I 226. — 5. Aiax, quo animo traditur; of I 113. — 6. cuius illi salutem pro pignore tradiderunt; prov 2.

traduco, hinüberführen, vorbeiführen, hinführen, versetzen, zubringen, übertragen: Antonius a minutis angustisque concertationibus ad omnem vim varietatemque vos disserendi traducendos putavit; de or III 121. ut eos, qui audient, ad maiorem admirationem possit traducere; orat 192. alqd: ſ. vitam. o adulescentiam traductam eleganter! Planc 31. qui iudicum animos a severitate paulisper ad hilaritatem risumque traduceret; Bru 322. ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere; ep I 2, 3. ut paulo ante caecos ad aurium traducebamus voluptatem, sic licet surdos ad oculorum; Tusc V 117. iussit equum traducere; Cluent 134. sic hominem traducere ad optimates paro; A XIV 21, 4. si consuetudo ac licentia imperium nostrum ad vim a iure traduxerit; rep III 41. ut summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus; A V 9, 1. haec quaestio a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta appellatur θέσις; orat 46. quodsi haec studia traducta erunt ad nostros; Tusc II 6. surdos: ſ. caecos. qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus; ep IV 6, 3. fluvius Eurotas ita magnus factus est, ut ea traduci victimae nullo modo possent; inv II 96. si volumus hoc, quod datum est vitae, tranquille placideque traducere; Tusc III 25.

traductio, Versetzung, Metonymie, Fortdauer: I. est quasi rudentis explicatio sic traductio temporis; div I 127. ne illa quidem traductio atque immutatio in verbo quandam fabricationem habet; de or III 167. — II. cum intentus *est* arcus in universam rem publicam traductione ad plebem furibundi hominis; Sest 15.

traductor, Versetzer, Überführer: ut sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quam

bonam meis putissimis orationibus gratiam rettulerit; A II 9, 1.

trafero f. **transfero.**

tragice, tragödienartig: hanc mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt; Bru 43. easdem argutias in tragoedias satis ille (C. Titius) quidem acute, sed parum tragice transtulit; Bru 167.

tragicus, im Trauerspiel, tragisch, Tragiker: A. sed haec tragica atque divina; de or II 227. accedit ‖ accedet ‖ actio non tragica nec scaenae, sed . .; orat 86. Aristodemum, tragicum actorem; rep IV 13. grandis et, ut ita dicam, tragicus orator; Bru 203. poëmatis tragici, comici, epici suum cuiusque (genus) est; opt gen 1. ut tragici poëtae confugitis ad deum; nat I 53. — B. dari mihi iubeas iudicem tragicorum; fr F V 48.

tragoedia, Trauerspiel, erhabene, hochtrabende Rede, Pathos, Lärm: I, 1. quattuor tragoedias sedecim diebus absolvisse cum scribas; Q fr III 6, 7. si tragoedias agamus in nugis; de or II 205. eiusdem Appiae nomen quantas tragoedias excitat! Milo 18. tragoedias loqui videor et fabulas; div I 68. — 2. neque vero istis tragoediis tuis, quibus uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor, quod ita dixisti . .; de or I 219. — II. hisce eum (Galbam) tragoediis liberatum ferebat; de or I 228. perturbari: f. I, 2.

tragoedus, tragischer Schauspieler: I. me auctore nemo dicendi studiosus Graecorum more [et] tragoedorum voci serviet, qui et annos complures sedentes declamitant et cotidie, ante quam pronuntient, vocem cubantes sensim excitant eandemque, cum egerunt, sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt et quasi quodam modo conligunt; de or I 251. et comoedum in tragoediis et tragoedum in comoediis admodum placere vidimus; orat 109. — II. mos: f. I. in oratore vox tragoedorum, gestus paene summorum actorum est requirendus; de or I 128.

traho, ziehen, abziehen, hinziehen, an sich ziehen, hinreißen, schleppen, ableiten, annehmen, part. fließend: I. idcirco trahebam, ut quam diutissime integrum esset; A XVI 2, 4. — II. trahimur omnes studio laudis; Arch 26. non Hectora traxisti, sed corpus, quod fuerat Hectoris; Tusc I 105. stellae refundunt eadem et rursum trahunt indidem; nat II 118. f. salem. ex puteis iugibus aquam calidam trahi; nat II 25. si trahitur bellum; A X 8, 2. maximam copiam principiorum ex iis locis trahemus, qui . .; de or II 324. corpus: f. alqm. a qua (praestantia) omne honestum decorumque trahitur; of I 107. genus orationis fusum atque tractum et cum lenitate quadam aequabiliter profluens; de or II 64. honestum: f. decorum. etsi nemini concedo, qui maiorem ex pernicie et peste rei publicae molestiam traxerit; ep IV 3, 1. (nervi) a corde tracti et profecti; nat II 139. legio Martia, quae mihi videtur divinitus ab eo deo traxisse nomen; Phil IV 5. ita traxit ordo aetatum orationem, ut . .; Bru 232. interponuntur contiones et hortationes, sed in his tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et acris oratio; orat 66. volo hunc summo omnem, quae ad dicendum trahi possit, loquendi rationem esse notam; orat 114. nullum vacuum tractum esse remum; Ver V 135. aliquid salis a mima uxore trahere potuisti; Phil II 20. scio ab isto initio tractum esse sermonem; Bru 21. stirpes e terra sucum trahunt; nat II 120. ex victu multae trahuntur suspiciones; inv II 29.

traicio, übersetzen, versetzen, hinüberwerfen, durchstecken, übertragen: I. quacum (pecunia) traiecerat; Flac 91. — II. ex illius invidia deonerare aliquid et in te traicere; div Caec 46. quae (terra) traiecto axi sustinetur; Tim 37. si Hannibal murum iaculo traiecisset; fin IV 22. ne verba traiciamus aperte; orat 229.

traiectio, Überfahrt, Übergang, Versetzung, Übertreibung, Hyperbel, Sternschnuppe: I. augendi minuendive causa veritatis supralatio ‖ superl. ‖ atque traiectio; de or III 203. praemunitio etiam est ad id, quod adgrediare, et traiectio in alium; de or III 204 — II, 1. cautior certe est mansio, honestior existimatur traiectio; A VIII 15, 2. Assyrii traiectiones motusque stellarum observitaverunt; div I 2. — 2. hic utitur ea traiectione verborum; orat 230.

tral — f. **transl —**

trames, Seitenweg, Fußpfad: 1. egressus est non viis, sed tramitibus paludatus; Phil XIII 19. — 2. num idem in Appennini tramitibus facere potero? Phil XII 26.

tram — f. **transm —**

tranato, hinüberschwimmen: num tuum nomen illum Gangen tranatare (potuit)? rep VI 22.

trano, durchdringen: quod (genus igneum) tranat omnia; nat II 25. »cernes Aram, exiguo superum quae lumina tempore tranat«; fr H IV, a, 429.

tranquille, ruhig still: qui nihil potest tranquille, nihil leniter dicere; orat 99. quod videat multos moderate et tranquille tulisse; Tusc III 60. ex Idibus Maiis in Ciliciam, ut ibi Iunius consumatur, velim tranquille a Parthis; A V 21, 9.

tranquillitas, Ruhe, Stille, Windstille, Frieden: I. ut tranquillitas animi et securitas adsit, quae adfert cum constantiam, tum etiam dignitatem; of I 69. futuram summam tranquillitatem pacis atque otii; agr I 24. me mirificae tranquillitates adhuc tenuerunt atque maiori impedimento fuerunt quam custodiae; A X 18, 1. — II, 1. omnem tranquillitatem et quietem senectutis acceptam refert clementiae tuae; Deiot 38. nos longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus; A VI 8, 4. ut maris tranquillitas intellegitur nulla aura fluctus commovente; Tusc V 16. in (parte) participe rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam quietamque constantiam; Tusc IV 10. refero: f. accipio. — 2. quae (sapientia) omnes monstret vias, quae ad quietem et tranquillitatem ferant; fin I 46. — III. qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur; de or I 2. — IV. lex Aelia et Fufia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii; Piso 9. — V. si (sapiens) proficiscatur probo navigio, hac tranquillitate; Ac II 100.

tranquillo, beruhigen: ut aut perturbentur animi aut tranquillentur; Top 98.

tranquillus, ruhig, still, friedlich: A. (Isocrates) est, ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior; orat 176. cetera videntur esse tranquilla; tranquillissimus autem animus meus; A VII 7, 4. in pacatis tranquillisque civitatibus; de or I 30. pax est tranquilla libertas; Phil II 113. tranquillae tuae litterae; A XIV 3, 1. qui tranquillo mari gubernare se negent posse; rep I 11. semper mens erit tranquilla sapientis; Tusc IV 8. tempus hoc tranquillum atque pacatum; Cluent 94. in viam placatae, tranquillae, quietae vitae; fin I 71. — B, I. (animus) nihil quieti videre, nihil tranquilli potest; fin I 58. — II. in tranquillo tempestatem adversam optare dementis est; of I 83.

trans, über, jenseits: I. ego eo ipso tempore trans mare fui; inv I 45. ut, qui trans flumen essent, (hostias) videre possent; inv II 97. Naevius trans Alpes transfertur; Quinct 12. administri et satellites Sex. Naevii Roma trans Alpes in Sebaginos biduo veniunt; Quinct 80. — II. ut trans montem Taurum etiam de Matrinio sit auditum; ep II 15, 5. cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare; A VII 19, 1.

transactor, Vermittler: Timarchides, qui est rerum huiusce modi omnium transactor et administer; Ver II 69.

Transalpinus, jenseits der Alpen: Gallia Transalpina praesidiis confirmata; imp Pomp 35.

transcendo, übersteigen: num tuum nomen Caucasum transcendere potuit? rep VI 22.

transcurro, durcheilen: qui (Cyrus et Alexander) suum cursum transcurrerant; Bru 282.

transenna, Netz, Gitter: quam (copiam ornamentorum) constructam uno in loco quasi per transennam praetereuntes strictim aspeximus; de or I 162.

transeo, hinübergehen, vorübergehen, übergehen, überschreiten, durcheilen: I, 1. alio transire (oportet); de or II 177. ut transiri alio possit; leg III 26. — 2. deinceps ad partitionem transeamus; inv I 30. ne transire in Siciliam fugitivorum copiae possent; Ver V 5. hunc nimbum cito transisse laetor; A XV 9, 2. cum duae partes transierunt ‖ transierint ‖ ratiocinationis, tertia in parte aiunt . .; inv I 59. — II. equidem malueram, quod erat susceptum ab illis, silentio transiri; A II 19, 3. nec amnes transeunt auspicato; div II 77. ii (appetitus) sine dubio finem et modum transeunt; of I 102. Domitii filius transiit Formias; A IX 3, 1. ut eum locum transire nequeamus; ep II 21!, 4. quod mare non transierim; A VIII 12, 3. modum: f. finem. cum idem pomerium transiret; nat II 11.

transfero (trafero), tragen, hinübertragen, versetzen, übertragen, übersetzen, wenden, anwenden: a regendis civitatibus totos s e ad cognitionem rerum transtulerunt; de or III 56. Naevius trans Alpes usque transfertur; Quinct 12. in hos ‖ eos ‖ deos ex hominum genere in caelum translatos non re, sed opinione esse dicunt; nat III 53. ut te ad se traferret ‖ transf. ‖; ep XVI 4, 2. translatum est, quod aliud conficit, quam causae genus postulat; inv I 26. ea traferri oportet, quae clariorem faciunt rem; de or III 157. haec, quae aut immutata esse dixi aut aliter intellegenda ac dicerentur, sunt tralata quodam modo; de or III 169. quae modo de scripto sententiaque praecepimus, eadem huc omnia transferemus; part or 138. quod publicani me rogarunt ut de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum; ep III 8, 4. me ab omnibus molestiis abducam transferamque animum ad ea, quibus . . ; ep V 13, 5. in fundum non instrumentum aut ornamenta villae, sed eiam arbores transferebantur; dom 62. hunc (ἀρχέτυπον) tu tralatum in macrocollum lege arcano convivis tuis; A XVI 3, 1. qui a te causam regiam alio traferebant; ep I 4, 1. a cuius (aquilae) altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti; Catil I 24. Homerus humana ad deos transferebat; divina mallem ad nos; Tusc I 65. si hoc exemplum ex re militari ad animadversionem censoriam transferendum est; Cluent 129. humana: f. divina. instrumentum: f. arbores. posteaquam iudicia ad senatum translata sunt; Ver pr 37. istum ego locum totidem verbis a Dicaearcho transtuli; A VI 2, 3. ad Volusium traferri nomen a Valerio non potuisse; ep V 20, 3. ornamenta: f. arbores. te possessiones hereditatum a liberis ad alienos transtulisse; Ver III 16. earum rerum omnium potestatem ad decemviros esse translatam; agr II 54. ubi res ad praetorum libidinem translata est; Ver III 220. quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens; of I 14. quae (studia) sero admodum expetita in hanc civitatem e Graecia transtulerunt; Tusc IV 1. modus transferendi verbi late patet, de or III 155. inidem verbum unum, quod similitudinem continet, tralatum lumen adferet orationi; de or III 161. quoniam haec vel summa laus est in verbis traferendis, ut sensum feriat id, quod tralatum sit; de or III 163. nolo esse verbum angustius id, quod tralatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum; de or III 164. sumpta re simili verba illius rei propria deinceps in rem aliam traferuntur; de or III 167. in transferendis (verbis erit) verecundus; orat 81. tralata (verba) dico, quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae causa traferuntur; orat 92. alio transferenda mea tota vita est; seu 22.

transfigo, durchbohren: (Epaminondas) evelli iussit eam, qua erat transfixus, hastam; fin II 97.

transfuga, Überläufer: non omnia illum transfugam ausum esse senatui dicere; div I 100.

transfugio, übergehen: non ab adflicta amicitia transfugere atque ad florentem aliam devolare; Quinct 93.

transfundo, übertragen, ausbreiten: omnem se amorem abiecisse illim atque in hanc transfudisse; Phil II 77. libentius omnes meas (laudes) ad te transfuderim; ep IX 14, 4. sunt alia (studia) liberiora et transfusa ‖ fusa ‖ latius; rep I 30.

transfusio, Vermischung: quam valde eam (gentem putamus) tot transfusionibus coacuisse? Scaur 43.

transgredior, überschreiten: quod (Ti. Gracchus) inauspicato pomerium transgressus esset; div I 33. nisi forte postea coeperunt legare, quam ego Taurum transgressus sum; ep III 8, 5.

transgressio, Übergang, Versetzung: I. est etiam verborum concinna transgressio; de or III 207. — II. non Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum oppono; Piso 81.

transigo, durchführen, beendigen, vermitteln, sich vergleichen, abmachen: I, 1. sin, ut ego metuo, transactum est; ep XIV 4, 3. cum privatis non poterat transigi minore pecunia; A IV 17, 7 (16, 14). — 2. bene fecit A. Silius, qui transegerit; A XII 24, 1. — II. nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus; A I 4, 2. — III. nos quod dicamus, facile et commode transigi posse; inv II 118. ut, cum transegerit iam aliquid, definiat; orat 137. Acutilianam controversiam transegeris; A I 4, 1. privato illo iudicio transacto; Ver II 75. potueritne aut magnitudo negotii aut multitudo rerum in eo transigi tempore; inv I 39. ut negotium transigas; ep XIII 14, 2. ut prima quaeque pars, ut exposita est in partitione, sic ordine transigatur; inv I 33. transactis iam meis partibus; de or II 15. res multis querelis de re publica interponendis nulla transacta est; Q fr II 3, 1. res interea fortasse transacta est; A XII 2, 2.

transilio, überspringen: transilire ante pedes posita; de or III 160. ne rem unam pulcherrimam transiliat oratio; Phil II 84.

transitio, Übergang, Durchgang: I. fluentium frequenter transitio fit visionum, ut e multis una videatur; nat I 109. ex quo transitiones perviae „iani" nominantur; nat II 67. (scriptae sunt) ad plebem transitiones; Bru 62. — II. imaginibus similitudine et transitione perceptis; nat I 49.

transitus, Übergang, Vorübergehen: cum (Dionysius) eius fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset; Tusc V 59. si homines transitum tempestatis exspectare potuissent; A II 21, 2.

translaticius (tral.), gewöhnlich, hergebracht: hoc tralaticium est; ep III 8, 4. alterum caput est tralaticium de impunitate, SI QUID CONTRA ALIAS LEGES EIUS LEGIS ERGO FACTUM SIT; A III 23, 2. cum ego in edicto translaticio centesimas me observaturum haberem; A V 21, 11.

translatio (tral.), Übertragung, Versetzung, Ablehnung, Metathesis, Metapher: I. hae tralationes quasi mutuationes sunt, cum, quod non habeas, aliunde sumas; illae paulo audaciores, quae non inopiam vindicant ‖ indicant ‖, sed orationi splendoris aliquid arcessunt; de or III 156. verecunda de-

bet esse tralatio, ut deducta esse in alienum locum, non inrupisse atque ut precario, non vi venisse videatur; de or III 165. L. Sullae, C. Caesaris pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri; of I 43. si vereare, ne paulo durior tralatio esse videatur, mollienda est praeposito saepe verbo; de or III 165. ex omni genere frequentissimae tralationes erunt, quod eae propter similitudinem transferunt animos et referunt ac movent huc et illuc; orat 134. f. arcessunt, debet. iam cum fluxerunt || confluxerunt || continuo plures tralationes, alia plane fit oratio; orat 94. fit, ut rarius incidant translationes; inv II 57. (translationes) in iure plerumque versantur, in ipsis autem iudiciis rarius incidunt; inv II 58. iurumpit: f. debet. movent, referunt, transferunt: f. est. versantur: f. incidunt. venit: f. debet. videtur: f. debet, est. vindicant: f. arcessunt. — II, 1. quod omnis tralatio, quae quidem sumpta ratione est, ad sensus ipsos admovetur, maxime oculorum; de or III 160. ceteris quoque criminibus defendendis coniecturali constitutione translationem confirmabit; inv II 59. deduco: f. I. debet. verbi tralatio instituta est inopiae causa, frequentata delectationis; de or III 155. mollio: f. I est. sumo: f. admoveo. — 2. translativa dicitur constitutio, quia || quod || actio translationis et commutationis indigere videtur; inv I 10. — 3. utatur tralationibus quam mollissimis; orat 85. translatione utens discedebat a verbis propriis rerum ac suis; Top 32. — 4. adulescentem nomen suum isti ad translationem criminis commodaturum; Ver IV 91. illa videtisne esse non verbi, sed orationis, quae ex pluribus tralationibus conexa sunt? de or III 169. — III. si singula translationum genera quaeramus; inv II 57.—IV. non numquam etiam brevitas tralatione conficitur, ut illud „si telum manu fugit“; de or III 158.

translativus, übertragend, ablehnend: cum causa ex eo pendet, quia non aut is agere videtur, quem oportet, aut [non] cum eo, quicum oportet, aut . . ., translativa dicitur constitutio, quia quod actio translationis et commutationis indigere videtur; inv I 10. in quarta constitutione, quam translativam nominamus, eius constitutionis est controversia, cum aut quem aut quicum aut quo modo aut apud quos aut quo iure aut quo tempore agere oporteat, quaeritur; inv I 16. cum actio translationis aut commutationis indigere videtur, constitutio translativa appellatur; inv II 57. hic defensor poenae commutationem ex translativo genere inducendo totam infirmabit accusationem; inv II 59.

translator, Übertrager: Verres, ille vetus proditor consulis, translator quaesturae, tantum sibi auctoritatis suscepit, ut . . . Ver V 152.

transmarinus (tram.), jenseits des Meeres, überseeisch: non esse nos transmarinis nec importatis artibus eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus; rep II 29. quid M. Catoni praeter hanc politissimam doctrinam tramarinam atque adventiciam defuit? de or III 135. privatam rem transmarinam obire; imp Pomp 53. quid omnia transmarina vectigalia iuvabunt? agr II 80.

transmissio, Überfahrt: I. quod ab ea urbe transmissio in Graeciam laudabatur; Phil I 7. — II. quam (navigationem) ego valde timebam recordans superioris tuae transmissionis δέρρεις; A IV 19 (17), 1.

transmitto (tram.), übersetzen, darüber hinziehen, anvertrauen, widmen: I, 1. nunc nihil potest nisi supero (mari) tramitti; A IX 3, 1. — 2. ne (Caesar) in Africam ante brumam transmitteret; div II 52. eosdem aiebant nuntiare te prima navigatione transmissurum; Q fr II 4, 7. (Lentulum) ante puto tramissurum, quam potuerit conveniri; A VIII 11, 5. inde tramittebam; A XVI 7, 1. — II. quin huic hoc tantum bellum transmittendum sit; imp. Pomp 42. grues cum loca calidiora petentes maria transmittant; nat II 125. duo sinus fuerunt, quos tramitti oporteret, Paestanus et Vibonensis, utrumque pedibus aequis tramisimus; A XVI 6, 1. omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi; imp Pomp 1.

transporto, hinüberführen: exercitus in Graeciam transportari; A IX 18, 1. de pueris in Graeciam transportandis tum cogitabam, cum . .; A VII 17, 1.

transscribo, abschreiben: qui transscripserit tabulas publicas; nat III 74. testamentum in alias tabulas transscriptum signis adulterinis obsignavit; Cluent 41.

transvectio, (trav.), Überfahrt: num te travectio Acherontis (terret)? Tusc I 10.

transvehor, hinüberfahren: »nemo haec umquam est transvectus caerula cursu, quin astiterit«; fin V 49.

transverbero, durchbohren: »qua miser sollertia transverberatus castrum hoc Furiarum incolo«; Tusc II 23. cum praeclara bestia venabulo transverberatur; ep VII 1, 3.

transversus (trav.), quer, schräg, seitwärts, verkehrt: A. ab hac (regula) mihi non licet transversum, ut aiunt, digitum discedere; Ac II 58. cuius in adulescentiam traversa incurrit misera fortuna rei publicae; Bru 331. M'. Manilium nos etiam vidimus transverso ambulantem foro; de or III 133. venio ad transversum illum extremae epistulae tuae versiculum; A V 1, 3. (urbis partes) multis tranversis (viis) divisae; Ver IV 119. nec „transversum unguem“, quod aiunt, a stilo; ep VII 25, 2. „quemque a recta conscientia traversum unguem non oportet discedere“; A XIII 20, 4. — B. ecce autem de traverso L. Caesar ut veniam ad se rogat in Nemus; A XV 4, a (5). ecce tibi e transverso Lampsacenus Strato; Ac II 121.

trapezophorum, Tischhalter: quod tibi destinaras trapezophorum, si te delectat, habebis; ep VII 23, 3.

trav — f. **transv** —

treceni, je dreihundert: singulis censoribus denarii treceni || trecenti || ad statuam praetoris imperati sunt; Ver II 137.

trecentesimus, dreihundertste: anno trecentesimo quinquagesimo || quinq. ccc, al. || fere post Romam conditam; rep I 25.

trecenti, dreihundert: Leonidas trecentos eos, quos eduxerat Sparta, opposuit hostibus; fin II 97. qui (Demosthenes) abhinc annos prope trecentos fuit; div II 118. cives: f. viros. Q. Apronium ccc milia mod. tritici lucri nomine sustulisse? Ver III 107. porticum trecentum pedum concupierat; dom 116. ad trecentos fortissimos viros civesque optimos trucidavit; Phil III 10.

tremebundus (tremib.), zitternd: si postem tremibunda manu tetigit; dom 134. »Aquila igniferum mulcens tremebundis aethera pinnis«; fr II IV, a, 329.

tremefacio, erzittern machen: »cum se gravido tremefecit corpore tellus«; div I 18.

tremo, zittern: locus est familiaris: „sapiens si algebis, tremes“; de or II 285. Hectorem toto pectore trementem; Tusc IV 49. quodsi tibi prorogatum imperium viderem, tremerem animo, quod..; Q fr I 1, 4. cum a me trementibus omnino labris requirebas . .; Piso 82. me trementi voce exsulem appellavit; Q fr III 2, 2.

tremor, Zittern: ex quo fit, ut tremorem pallor consequatur; Tusc IV 19. nihil ut esset, qui distingueretur tremor ille et pallor; Ac II 48.

tremulus, zitternd, Zittern verursachend: »vidisti claro tremulos ardore cometas«; div I 18. »tremulo quatietur frigore corpus«; fr H IV a, 302.

trepidatio, Unruhe: num quae trepidatio, num qui tumultus? Deiot 20.

tres, drei: A. principio Ioves tres numerant ii, qui theologi nominantur; nat III 53. sic quattuor perturbationes sunt, tres constantiae; Tusc IV 14. aestimavit denariis III; Ver III 214. interitus exercituum, ut proxime trium, saepe multorum; of III 20. si id in adoptione satis est trium esse horarum; dom 41. Crassus tres legatos decernit; ep I 1, 3. tres libri perfecti sunt de natura deorum; div II 3. cum venissent decumae medimnum III; Ver III 90. coacti sunt dare HS III milia; Ver III 100. duo milia nummum aut summum tria dedisset; Ver III 201. eorum trium (orbium deus) fecit pares celeritates, sed quattuor dissimiles trium reliquorum; Tim 25. de tribus proavis (iam diximus); Bru 212. ut illa prudentia in earum trium rerum aliqua versetur; fin V 18. duobus spatiis tribusve factis; de or I 28. accusabat ille quidem Scamandrum verbis tribus; Cluent 50. — B, 1. cum (Chrysippus) gradatim interrogetur verbi causa, tria pauca sint anne multa; Ac II 93. — II. summa gloria constat ex tribus his; of II 31. — III. quam (proportionem comparationemque) habent ducenta quinquaginta sex cum ducentis quadraginta tribus; Tim 24.

triangulum, triangulus, Dreieck: 1. basis trianguli, quem efficiunt genes, ea tamquam a puppi ventis adiuvatur; nat II 125. ea triangula illi et quadrata nominant; div II 89. — II. basis: f. 1.

tribuarius, die Tribus betreffend: in hoc sodaliciorum tribuario crimine; Planc 47. in hac tribuaria (re); Planc 36.

tribulis, Mitglied derselben Tribus, Zunftgenosse: I. Herennium quendam, tribulem tuum, agere coepisse ..; A I 19, 5. — II, 1. Philotimo tribulibus commendatis; Q fr III 1, 1. Plancium tribules decuriavisse; Planc 47. — 2. sin (nummos) dederit, ut, quoad vivat, singulis tribulibus ‖ tribubus ‖ HS CIↃ CIↃ CIↃ debeat; A I 16, 13. ut locus daretur amicis et tribulibus; Muren 73. — 3. auster me ad tribules tuos Regium rettulit; ep XII 25, 3. — III. qui apud tribules suos gratiosi esse vellent; Planc 44. — IV. te Paelignorum, tribulium tuorum, iudicio notatum; Vatin 36.

tribunal, Erhöhung, Tribüne, Gerichtsstätte: I. quem aeque ipsa tribunalia desideraverunt? Sest 128. — II, 1. ut compleatur tribunal; Bru 290. fecerisne ante rostra pontem continuatis tribunalibus? Vatin 21. — 2. iudices quaestionum de proximis tribunalibus esse depulsos; Vatin 34. nobis in tribunali Q. Pompei, praetoris urbani, sedentibus; de or I 168. — III. cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi vidissem; Quir 13. pro tribunali cum aliquid ageretur; ep III 8, 2.

tribunatus, Tribunenamt, Tribunat: I. tuo praecipitante iam et debilitato tribunatu; dom 40. quid iuris bonis viris Ti. Gracchi tribunatus reliquit? leg III 20. — II, 1. cum Drusi tribunatus pro senatus auctoritate susceptus infringi iam debilitarique videretur; de or I 24. f. I. praecipitat. qui tuo arbitrio tribunatum gereret; Milo 33. infringo: f. debilito. C. Cotta, qui [tum] tribunatum plebis petebat; de or I 25. huic ego neque tribunatum neque praefecturam peto; ep VII 5, 3. tribunatum plebei dicis te mea causa petisse; ep VII 27, 1. qui Romae tribunatum pl. peteret; A II 1, 5. suscipio: f. debilito. — 2. Cotta depulsus per invidiam tribunatu; de or III 11. — 3. propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex invidia foederis Numantini bonis iratus accesserat; Bru 103. possum multa dicere de tribunatu militari; Sest 7. — III, 1. cur tribunatus commoda, dempto praesertim labore militiae, contempseris; ep VII 8, 1. L. Bestia bonis initiis orsus tribunatus tristes exitus habuit consulatus; Bru 128. ut iura tribunatus defenderet; Sest 95. fretus sanctitate tribunatus; Sest 79. — 2. bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu; agr II 14. — IV. vexarat in tribunatu senatum; Milo 87. propter: f. II, 3. accedo ad.

tribunicius, des, der Tribunen, gewesener Tribun: A. noratis animos eius ac spiritus tribunicios; Cluent 109. nos initium prensandi facere cogitaramus in campo comitiis tribuniciis a. d. XVI Kalend. Sextiles; A I 1, 1. fuit conlegium tribunicium; Sest 113. quae leges saepe numero tribunicios furores debilitarunt; Vatin 18. qui tribunicium nomen horrebant; agr II 68. cum tribunicia potestas (esset) constituta; de or II 124. quod per tribunum plebis tribunicia potestas minuitur; agr II 30. spiritus: f. animi. cur ego te velim incidere in terrores tribunicios; ep II 18, 3. si tribunicia vis in me populum incitasset; leg III 26. — B, 1. sequuntur alii tribunicii; Phil XIII 27. — 2. qui aedilicii, qui tribunicii, qui quaestorii! Phil XIII 30.

tribunus, Tribun: I, 1. tot tribuni aerarii quid roboris attulerunt? Planc 21. quam rem tribunus plebis in contione egit; Ver I 122. ineunt magistratum tribuni pl.; qui omnes se de me promulgaturos confirmarant; Sest 72. legem agrariam tribunos plebis designatos conscribere; agr II 11. iubet tribunum plebis, qui eam legem tulerit, creare decemviros per tribus septemdecim; agr II 16. hoc adventu P. Sestii tribunorum pl. novorum, qui res eas, quas gesseram, vexare cupiebant, impetus et conatus sunt retardati; Sest 11. cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas; Cato 32. cum tribuni pl. edixissent, senatus adesset a. d. XIII K. Ian.; ep XI 6, 2. num quem ex omnibus tribunis pl., quicumque seditiosi fuerunt, tam audacem audieris fuisse; Vatin 18. praeclare facitis, tribuni pl., qui de praesidio consulum senatusque referatis; Phil III 25. ut anno proximo P. Scaevola tribunus plebis ferret ad plebem, vellentne ..; fin II 54. f. creat. si forte tribunus pl. senatum impediens aut populum incitans notatus aut senatus consulto circumscriptus aut sublatus aut expulsus sit; A VII 9, 2. ineunt: f. confirmant. an quia tribunus pl. sinistrum fulmen nuntiabat? Phil II 99. levissimus tribunus pl. Fufius in contionem producit Pompeium; A I 14, 1. ut ipse ille annus octo tribunos haberet, qui et promulgarent de salute mea et ad vos saepe numero referrent; sen 4. f. confirmant. etiam in contione tribunum plebis de causa Sthenii, M. Palicanum, esse questum; Ver II 100. referunt: f. promulgant. X tribunos plebis hoc statuisse; Ver II 100. statuerunt etiam tribuni militares, qui in exercitu Caesaris bis fuerunt; Phil VI 14. qui et miles et tribunus et legatus et consul versatus sum in vario genere bellorum; Cato 18. vexant: f. cupiunt. tribuni non tam aerati quam, ut appellantur, aerarii; A I 16, 3. — 2. si patricius tribunus pl. fuerit, contra leges sacratas, si plebeius, contra auspicia fuisse; prov 46. cum (P. Decius) esset tribunus militum; div I 51. — 3. Vocativ: f. 1. faciunt. — II, 1. declarant huius ambusti tribuni pl. illae intermortuae contiones; Milo 12. appellarisne tribunos pl., ne causam diceres? Vatin 33. circumscribo: f. I, 1. impedit. »tribunis, quos sibi plebes creassit ‖ rogassit ‖, ius esto cum patribus agendi«; leg III 10. maiestatem minuisti, quod tribunum plebis de templo deduxisti; inv II 52. tres hi homines veteres tribuni militares sunt designati; Ver pr 30. f. I, 1. conscribunt. expello: f. I, 1. impedit. cum tribunus pl. primus inter homines nobilissimos factus esset; Sest 6. M. Drusus C. F., qui in tribunatu C. Gracchum conlegam iterum

tribunum fregit; Bru 109. habeo: f. I, 1. promulgant. noto: f. I, 1. impedit. quod se tribunum militum, quod quaestorem, quod legatum dignum suis maioribus praestitit; Flac 101. num quem tribunum pl. servi M Tulii pulsaverunt? Tul 48. quo die populo Romano tribuni plebi restituti sunt; Ver V 175. tollo: f. I, 1. impedit. — 2. qui (Sulla) tribunis plebis sua lege iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit; leg III 22. ut maior facultas tribunis plebis detur; Muren 83. relinquo: f. adimo. potentissimo et nobilissimo tribuno pl., M. Druso, aperte equites Romani restiterunt; Rab Post 16. sum: f. 1. creo. — 3. quid de tribunis aerariis (dicemus)? Rabir 27. cum auxilium a tribunis petas; Quinct 63. — III, 1. conatus: f. I, 1. cupiunt. me ipsum apud hoc conlegium tribunorum plebis, cum eorum omnium edicto non liceret Romae quemquam esse, qui rei capitalis condemnatus esset, egisse causam Sthenii; Ver II 100. contiones: f. II, 1. amburo. edictum: f. conlegium. impetus: f. I, 1. cupiunt. — 2. alqs ex: f. I, 1. est. foedus fecerunt cum tribuno pl. palam; Sest 24. — IV. cum a tribuno pl. vetaretur, ne quis ad vos referret; sen 8. ego cum dicere a tribuno pl. prohiberer; Piso 6. quod per tribunum plebis tribunicia potestas minuitur; agr II 30.

tribuo, teilen, einteilen, zuteilen, zuweisen, verleihen, gewähren, erweisen, einräumen, willfahren, berücksichtigen, Gewicht legen, zuschreiben, anrechnen: I. ut pro dignitate cuique tribuatur; of I 42. si voluit accusare, pietati tribuo, si iussus est, necessitati, si speravit aliquid, pueritiae; Cael 2. — II, 1. si atomis, ut gravitate ferantur, tributum est necessitate naturae; fat 48. — 2. hoc nostra laus erit inlustrior, quod illi (Hortensio) tribuebatur ignaviae, de nobis id existimari posse non arbitror; ep II 16, 3. — III. huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est; de or I 48. te nobis in eo genere tribuisse tantum; de or II 227. cui mehercules hic multum tribuit; ep VI 5, 3. gratissimum mihi feceris, si huic commendationi meae tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum; ep XIII 22, 2. cui (Deiotaro) non sine causa plurimum semper et meo et tuo et senatus iudicio tributum est; ep XV 4, 5. cui (patri) semper uni plurimum tribui; A X 1, 1. f. operam, tempora. ut nec testimonio fidem tribui convenerit nec defensioni auctoritatem; Sulla 10. legem populum Romanum iussisse de civitate tribuenda; Balb 38. facti controversia in omnia tempora potest tribui ‖ distribui ‖; inv I 11. (Cleanthes) divinitatem omnem tribuit astris; nat I 37. fidem: f. auctoritatem. qui (honos) a senatu tribui rebus bellicis solet; ep XV 4, 13. iis eam (humanitatem) potissimum tribuere debemus, a quibus accepimus; Q fr I 1, 27. quae mihi ipsi tribuenda laus esset; Milo 82. qui (locus) in tempora tribuitur; inv I 107. eadem sunt membra in utriusque disputatione, sed paulo secus a me atque ab illo partita ac tributa; de or III 119. qui (imperiti) non membra solum hominis deo tribuant, sed usum etiam membrorum; nat I 101. (Zeno) rebus inanimis per quandam significationem haec docet tributa nomina; nat I 36. quoniam officia non eadem disparibus aetatibus tribuuntur; of I 122. plus operae foro tribuebat, amicis, rei familiari; de or III 86. ut in eius modi re tribues nobis paulum operae; A XV 18, 2. quoniam philosophia in tres partes est tributa; de or I 68. quae praemia militibus promisimus nos tributuros; Phil XIV 35. quam (rationem) vos divino beneficio homini solum tributam dicitis; nat III 66. quae (ars) doceret rem universam tribuere in partes; Bru 152. nec sine philosophorum disciplina eam (rem) tribuere in partes possumus; orat 16. hanc (sapientiam) sibi ipsum detrahere, eis tribuere inludentem, qui eam sibi adrogant; Bru 292. quantum (temporum) alii tribuunt tempestivis conviviis; Arch 13. veniam aliquam dolori meo tribueretis; prov 1. ego tantam vim non tribuo sapientiae contra dolorem; Tusc II 18.

tribus, Stamm, Bezirk, Tribus: I. illum quinque et triginta tribus patronum adoptarunt; Phil VI 12. quos novem tribus decemviros fecerint ab eodem Rullo eductae; agr II 21. — II, 1. dubitatis, quin eas tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, cum ille non ediderit, indicarit officiis ab hoc observatas, non largitione corruptas? Planc 39. ut huic et suam et ab hoc observatas tribus ederes; Planc 42. f. corrumpo. educo: f. I. faciunt. tribum suam non tulit; Sest 114. basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum atque ambulatricem basilicae tribum Aemiliam; A II 14, 2. tribus habet Pomptinam, Velinam, Maeciam; A IV 15, 9. observo: f. corrumpo, edo. si vocatae tribus essent; dom 58. — 2. hi aliquid se novem tribuum notis hominibus debere confitebuntur, reliquis vero sex et xx nihil erit quod non putent posse suo iure se denegare; agr II 21. — 3. cum Africanus censor tribu movebat eum centurionem; de or II 272. — 4. ex singulis tribubus singulos cooptavit augures; rep II 16. — III. cuius tu tribus venditorem et corruptorem et sequestrem Plancium fuisse clamitas; Planc 38. divisores omnium tribuum ad istum vocatos; Ver pr 22. homines: f. II, 2. est patronus quinque et triginta tribuum, quarum suffragium sustulit; Phil VII 16. sequester, venditor: f. corruptor. suffragium: f. patronus. — IV. ut, qui nummos in tribu pronuntiarit, si non dederit, impune sit; A I 16, 13. f. II, 1. corrumpo. iubet tribunum plebis creare decemviros per tribus septemdecim; agr II 16.

tributarius, die Abgaben betreffend: multum tabellas non commendaticias, sed tributarias valuisse; Ver IV 148.

tributim, nach den Tribus, tribusweise: appellavi populum tributim; Planc 24. tributim discriptis ordinibus; Flac 15. spectacula sunt tributim data; Muren 72. Scaurus populo tributim domi suae satis fecerat; A IV 17, 4 (16, 7).

tributio, Verteilung: hanc *ἰσονομίαν* appellat Epicurus, id est aequabilem tributionem; nat I 50. natura partes habet duas, tributionem ‖ tuitionem ‖ sui cuique et ulciscendi ius; Top 90.

tributum, Abgabe, Steuer: I, 1. qui dicerent a se intolerabilia tributa exigi; ep III 7, 3. sumptus et tributa civitatum ab omnibus tolerari aequaliter; Q fr I 1, 25. — 2. multas civitates acerbissimis tributis et gravissimis usuris liberavi; ep XV 4, 2. — 3. mensa (publica numeravit) aut ex vectigali aut ex tributo; Flac 44. — II. ut unius imperatoris praeda finem attulerit tributorum; of II 76. ne in venditionem tributorum inducerentur sumptus minime necessarii; ep III 8, 5. — III. duae rationes conficiendae pecuniae, aut versura aut tributo; Flac 20.

tributus, nach Tribus eingerichtet: prima illa comitia tenetis, centuriata et tributa; agr II 27. neque tributa capitis comitia rata esse posse neque ulla privilegii; leg III 45.

tricae, Widerwärtigkeiten, Ränke: quo modo illa (Tullia) fert publicam cladem, quo modo domesticas tricas! A X 8, 9.

triceps, dreiköpfig: quam scite „tricipitem“, non „tricapitem“! orat 159. num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus? Tusc I 10.

tricesimus, (tricens.), dreißigste: sexto tricensimo anno post; of II 29. qui idem tricensimo ‖ trices. ‖ post die feci; ep XII 2, 1. qui (milites) de legione secunda, tricesima quinta venissent; Phil V 53.

triciens. dreißigmal, drei Millionen: huic hereditas ad HS facile triciens venit; Ver II 35. testis non invenitur in ducentiens et triciens sestertio; Font 4. cur P. Crassi filia posset habere aeris milliens salva lege, mea triciens non posset? rep III 17.

triclinium. Speisesofa, Speisezimmer: I. villa ita completa a militibus est, ut vix triclinium, ubi cenaturus ipse Caesar esset, vacaret; A XIII 52, 1. — II, 1. cum in triclinio, quod in foro Aetnae straverat, recubuisset; Ver III 61. — 2. de triclinio cura, ut facis; ep XVI 22, 1. recumbo in: f. I. — III. unde quinquaginta tricliniorum lectos (habueris); Ver II 183. — IV. tribus tricliniis accepti *οἱ περὶ αὐτὸν* valde copiose; A XIII 52, 2.

tricor. Schwierigkeiten machen, Ausflüchte suchen: Publilius tecum tricatus est; A XIV 19, 4. (Vettienus) tricatur ut monetalis; A XV 13, 5.

triduum. drei Tage: I. expositis tridui disputationibus; Tusc IV 7. nos in castra properabamus, quae aberant tridui || bidui ||; A V 16, 4. — II, 1. aniculae saepe inediam biduum aut triduum ferunt; Tusc II 40. ipsum (regem) triduum quadriduumve mecum habui; A VI 2, 7. — 2. cum hoc triduo vel quadriduo tristis a Mutina fama manaret; Phil XIV 15. biduo post aut non toto triduo nec milia passuum conficiuntur; Quinct 79. — 3. haec sententia sic per triduum valuit, ut . .; Phil VI 3.

verecundor, sich scheuen, schüchtern, blöde sein: I. alterum cunctantem et quasi verecundantem incitabat; de or III 36. — II. Sp. Carvilio verecundanti in publicum prodire; de or II 249.

verecundus, schüchtern, bescheiden, rücksichtsvoll: (P. Crassus) sine segnitia verecundus (esse videbatur); Bru 282. quibus (litteris) saepe verecundiorem me in loquendo facis; ep VII 33, 2. misi ad te quattuor admonitores non nimis verecundos; ep IX 8, 1. in causa non verecunda; A I 17, 8. queritur condiciones suas repudiatas, aequas quidem et verecundas; Phil XIII 37. habetis sermonem hominis non nimis verecundi; de or II 361. ille tenuis orator in transferendis (verbis erit) verecundus et parcus; orat 81. verecundiores esse praecones ludorum gymnicorum; ep V 12, 8. ut sit verecunda tralatio; ep XVI 17, 1. verecundus erit usus oratoriae quasi supellectilis; orat 79.

vereor, fürchten, sich scheuen, Bedenken tragen, berücksichtigen, Ehrfurcht haben: I. frater es; eo vereor; div II 46. Tironem habeo citius, quam verebar; A XII 51, 1. — II, 1. de qua (Karthagine) vereri non ante desinam, quam illam excisam esse cognovero; Cato 18. — 2. mihi in mentem venit vereri, ecquodnam curriculum aliquando sit habitura tua natura; Bru 22. — 3. quod vereretur, ne tu illud beneficium omnino non putares; ep IV 7, 3. cuius tanti mali vereor ne consolatio nulla possit vera reperiri praeter illam; ep VI 1, 3. non vereor, ne adsentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar; ep VIII 12, 6. f. III, 2. alqd. culpam. — 4. illa duo vereor ut tibi possim concedere: de or I 35. vereor, ut Dolabella ipse satis nobis prodesse possit; ep XIV 14, 1. vereor, ut satis diligenter actum in senatu sit de litteris meis; A VI 4, 2. videris vereri, ut epistulas illas acceperim; A XI 22, 1. — 5. veritus sum deesse Pompei saluti; ep VI 6, 6. quod modo verebar, tibi gratias agere, nunc plane ago; ep XIII 18, 2. — III, 1. Dionysius ne tui quidem testimonii veritus; A VIII 4, 1. — 2. magis illos vereor, qui in bello occiderunt; ep IX 5, 2. tune id veritus es, ne miserim ..? Q fr I 3, 1. f. II, 5. ep XIII 18, 2. amicitiam M. Antonii veriti; Phil III 25. quam (culpam) tu vereris, ne a te suscepta videatur; Planc 52. vos deos verentes memoriam nostri pie servabitis; Cato 81. tuum filium, quem meus Cicero et amabat ut fratrem et iam ut maiorem fratrem verebatur; Q fr I 3, 3. quas (historias) ego multo magis vereor quam eorum hominum, qui hodie vivunt, rumusculos; A II 5, 1. ut eam (philosophiam) accuset, quam vereri deberet? Tusc V 6. qui vereretur reprehensionem doctorum atque prudentium; orat 1. rumusculos: f. historias. adulescentiae temeritatem verebantur; Phil V 47. — IV. quos (Cyrenaicos) non est veritum in ea voluptate summum bonum ponere; fin II 39.

vergo, sich neigen, gerichtet sein: ni eius (Bruti) auxilium ad Italiam vergere quam ad Asiam maluissemus; Phil XI 26. omnibus eius (terrae) partibus in medium vergentibus; nat II 116. id (tectum) nunc honeste vergit in tectum inferioris porticus; Q fr III 1, 14.

veridicus, wahrsagend: saepe in rebus turbidis veridicae voces ex occulto missae esse dicuntur; div I 101.

veriloquium, Grundbedeutung: ea (notatio) est, cum ex vi nominis argumentum elicitur; quam Graeci ἐτυμολογίαν appellant, id est, verbum ex verbo, veriloquium; Top 35.

veritas, Wahrheit, Wirklichkeit, Wahrhaftigkeit, Aufrichtigkeit, Rechtlichkeit, Unparteilichkeit, Regel: I, 1. ut vanitati veritas cedat; Tusc III 2. ea videtur veritas ipsa dicere; Top 74. ea (veritas) si satis in actione efficeret ipsa per sese, arte profecto non egeremus; de or III 215. Plato omne iudicium veritatis veritatemque ipsam abductam ab opinionibus et a sensibus cogitationis ipsius et mentis esse voluit; Ac II 142. ista veritas, etiamsi iucunda non est, mihi tamen grata est; A III 24, 2. ea est ex omni aeternitate fluens veritas sempiterna; div I 125. in quo inest omnis veritas iudicandi; Tusc V 68. ut hodierno die primum veritas vocem contra invidiam his iudicibus freta miserit; Cluent 88. non me offendit veritas litterarum tuarum; A XI 14, 1. consule veritatem: reprehendet; refer ad aures: probabunt; orat 159. certe apud te et hos veritas valebit; Quinct 5. in omni re vincit imitationem veritas; de or III 215. — 2. veritas (est), per quam immutata ea, quae sunt [ante] aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur; inv II 162. f. 1. fluit. — II, 1. abduco: f. I, 1. est. agitur existimatio veritasque iudiciorum; Ver IV 113. veritatem (eam appellant), per quam damus operam, ne quid aliter, quam confirmaverimus, fiat aut factum aut futurum sit; inv II 66. eandem (legis vim) fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem; nat I 40. omni veritate cognita; Cluent 142. consulo: f. 1, 1. reprehendit. qui tali in re possit veritatem ignorare; inv II 27. Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem; Bru 70. potest veritatem casus imitari; div II 49. a principe investigandae veritatis; nat II 57. veritate patefacta atque omni errore sublato; Cluent 83. qui plus veritatis quam disciplinae possidet in se; Q Rosc 17. veritas auspiciorum spreta est, species tantum retenta; nat II 9. — 2. sum: f. I, 1. est. — 3. cuius aures clausae veritati sunt; Lael 90. in contionibus esse invidiae locum, in iudiciis veritati; Cluent 202. — 4. etsi a veritate longe, tamen a consuetudine criminandi non multum res abhorrebat; Deiot 17. quae solent apparere in veritate; inv I 29. qui semel a veritate deflexit; Q Rosc 46. ut, quicquid accidit, id ex aeterna veritate causarumque continuatione fluxisse dicatis; nat I 55. non quid in veritate modo, verum etiam, quid in opinione

eius fuerit; inv II 21. — III. Chrysippi (consolatio) ad veritatem firmissima est, ad tempus aegritudinis difficilis; Tusc III 79. — IV. alqd: f. II, 1. possideo. quod genus hoc totum oratores, qui sunt veritatis ipsius actores, reliquerunt, imitatores autem veritatis, histriones, occupaverunt; de or III 214. tametsi veritatis erat amicus; Sex Rosc 85. disceptationem et cognitionem veritatis fore; Flac 24. feruntur (imagines) ex optimis naturae et veritatis exemplis; of III 69. etsi a forma veritatis et ab Atticorum regula absunt; orat 231. imitatores: f. actores. illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est; de or I 157. sint veritatis et virtutis magistri; rep III 4. quod plenus aër sit immortalium animorum, in quibus tamquam insignitae notae veritatis appareant; div I 64. non pudet physicum ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis? nat I 83. haec (est) una vox veritatis; Cael 55. — V, 1. qui consul insidias rei publicae consilio investigasset, veritate aperuisset: Sulla 14. praesidio sunt specie consuli, re et veritate nobis; Phil VII 13. — 2. hoc vitium hominum ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem; Lael 91. ex veritate pauca, ex opinione multa aestimat; Q Rosc 29. nec in veritate crimen adrogantiae pertimescerem ‖ extim. ‖; orat 132. per: f. I, 2. II, 1. appello.

vernaculus, einheimisch, erdichtet: hoc non esse crimen domesticum ac vernaculum; Ver III 141. in quo possim imaginem antiquae et vernaculae festivitatis agnoscere; ep IX 15, 2. quod cotidianis et vernaculis rebus satis facere me posse huic populo non putabam; de or III 92. Tincam non minus multa ridicule dicentem Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo; Bru 172.

vernus, des Frühlings: »in quo autumnali atque iterum sol lumine verno exaequat spatium lucis cum tempore noctis«; fr H IV, a, 533. praeterita verni temporis suavitate; Cato 70.

vero, in Wahrheit, in der Tat, allerdings, vollends, sogar, freilich, doch, aber: I. vero enim oratori omnia quaesita, audita, lecta esse debent; de or III 54. in sententia permaneto. vero, nisi sententiam sententia alia vicerit melior; Muren 65. fuisti saepe, credo, in scholis philosophorum. vero, ac libenter quidem; Tusc II 26. — II. Chrysippum vero discedere a puero insciente me! A VII 2, 8. corpus virorum fortium esse mortale, animi vero motus et virtutis gloriam sempiternam; Sest 143. auspicia vero vestra quam constant! div I 25. mali vero quid adfert ista sententia? Tusc I 82. oratorem vero irasci minime decet; Tusc IV 55. sed tota illa lex accusationem tuam fortasse armasset; petitioni vero refragata est; Muren 46. — III. ego vero neque veni et domo me tenui; dom 6. si placet, disseramus. mihi vero, inquit, placet; div II 100. contra Brutumne me dicturum putas? tu vero, ut videtur; Tusc V 21. tu vero confice professionem, si potes; etsi haec pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat; ep XVI 23, 1. Zenoni necessarium, tibi vero, Antioche, minime; Ac II 135. haec populi oratio est, mea vero haec; Planc 14. hunc deum rite beatum dixerimus, vestrum vero laboriosissimum; nat I 52. alterius vero partis nihil amplius dicam; Marcel 17. hoc vero ferri nullo modo potest; Flac 40. illam vero funditus eiciamus individuorum corporum concursionem fortuitam; Tusc I 42. ipsum vero quid accusas? Sest 80. haec ratione explicari facile possunt, ea vero nullo modo; div II 145. ista vero quae ex quanta barbaria est! Phil II 108. probas igitur animum ita adfectum? nihil vero, inquit, magis; rep I 60. quorum vero patres aut maiores aliqua gloria praestiterunt; of I 116. quamcumque vero sententiam probaverit; Ac II 119. quid vero? nuper nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? Catil I 14. quid vero habet auctoritatis furor iste, quem divinum vocatis? div II 110. quicquid vero non licet, certe non oportet; Balb 8. — IV. clarae vero mortes pro patria oppetitae beatae videri solent; Tusc I 116. quibusdam etiam in rebus coniveo; in maximis vero rebus, id est *in* legibus, acta Caesaris dissolvi ferendum non puto; Phil I 18. in qua (vita) sapiens nemo efficietur umquam, moderatus vero multo minus; Tusc V 100. est finitimus oratori poëta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par; de or I 70. praeclaram vero populo Romano refers gratiam; Catil I 28. reliqua vero tria intervalla infinita; div II 91. — V. cavendum vero, ne etiam in graves inimicitias convertant se amicitiae; Lael 78. mitto de amissa maxima parte exercitus; sit hoc infelicitatis tuae; dimittendi vero exercitus quam potes adferre causam? Piso 47. obtrectare vero alteri quid habet utilitatis? Tusc IV 56. munere Servilii obtulit se ad ferramenta prospicienda, praefuit vero numquam; Sulla 55. — VI. age vero, quae erat aut qualis quaestio? Milo 60. an vero tibi Romulus ille pastores congregasse eloquentia videtur, non consilio? de or I 37. an vero vestrae peregrinantur aures? Milo 33. Democritus luminibus amissis alba scilicet discernere et atra non poterat, at vero bona mala; Tusc V 114. at vero Piso ille Frugi queritur . .; ep IX 22, 2. quem iudicem ex illis aut tacitum testem haberes aut vero etiam excitares? Planc 43. cum vero de imperio decertatur; of I 38. enim vero iste ridere: Ver III 61. verum enim vero, cum (frumentum) esset HS binis, duodenos sestertios exegisti; Ver III 194. et vero ante Maximum illum Scipionem acrem aiebat in dicendo fuisse; Bru 107. et vero fuit in hoc etiam popularis dictio excellens; Bru 165. et per se et per suos et vero etiam per alienos; Muren 45. qua voluntate *te* esse erga Atticum saepe praesens et illi ostendisti et vero etiam mihi; A XVI 16, 9. f. aut, iam, quondam, vel. et Philus: heia vero, inquit, geram morem vobis; rep III 8. hic vero haeream, si . .; Caecin 64. probabilis orator, iam vero etiam probatus; Bru 263. iam vero venae et arteriae micare non desinunt quasi quodam igneo motu; nat II 24. hoc nos dicimus? immo vero ipse praesens; Ver IV 92. itane vero? quem per arbitrum circumvenire non posses, hunc per iudicem condemnabis? Q Rosc 25. maxime vero consulatum meum Cn. Pompeius probavit; Phil II 19. maxime vero omnium flagrasse amore Reginum Ibycum apparet ex scriptis; Tusc IV 71. minime vero, inquit ille, ratio consentit; fin III 10. nec vero haec tua vita ducenda est, quae . .; Marcel 28. neque vero id solum, sed etiam ab isdem (dis) hominum vitae consuli; nat I 4. nisi vero paucos fuisse arbitramini, qui . .; Sulla 28. non vero tam isti (lacerti motui sunt) quam tu ipse, nugator! Cato 27. tum (spes erat posita) in nostris, nunc vero in illorum testibus; Caecin 3. optime vero, frater, et fieri sic decet; leg II 8. sensim hanc consuetudinem iam antea minuebamus, post vero Sullae victoriam penitus amisimus; of II 27. postea vero quam intellexerunt isti . .; Ver IV 42. postquam vero commoditas dicendi copiam consecuta est; inv I 3. quam vero aptas manus natura homini dedit! nat II 150. quasi vero non intellegamus ab invito emere iniuriosum esse; agr I 14. quod vero dicere ausus es . .; Phil II 23. nobilissima Graeciae civitas, quondam vero etiam doctissima; Tusc V 66. si vero illud quoque accedet; Ver II 31. sic vero erant disposita praesidia, ut . .; Phil V 9. equidem te cum in dicendo semper putavi deum, tum vero tibi numquam eloquentiae maiorem tribui laudem quam humanitatis; de or I 106. quae cum omnibus est dif-

ficilis et magna ratio, tum vero mihi praeter ceteros; agr II 5. impedimentum in mediocribus vel studiis vel officiis vel vero etiam negotiis contemnendum; rep I 4. ut vero iniit magistratum; sen 8. quid? tu magistratuum dignitatis iudicem putas esse populum? fortasse non numquam est; utinam vero semper esset! Planc 7.

verres, Eber: in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem quam aprum Erymanthium referri oportere; Ver IV 95. cum Sacerdotem exsecrabantur, qui verrem tam nequam reliquisset; Ver I 121.

verrinus, vom Eber: negabant mirandum esse ius tam nequam esse verrinum; Ver I 121.

verro, fegen: qui (servi) ungunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum servitutis tenent; par 37.

versicolor, schillernd, bunt: ut cauda (donata) pavoni, plumae versicolores columbis; fin III 18.

versiculus, kleine Zeile, Verschen: I, 1. scripto iam superiore versiculo; A XIII 50, 5. — 2. nunc venio ad transversum illum extremae epistulae tuae versiculum; A V 1, 3. — II. versiculorum similia quaedam; orat 39. — III. apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis fere; Tusc V 66. — IV. ut singuli cives singulis versiculis e civitate tollantur; dom 44. Spurius epistulas mihi pronuntiabat versiculis facetis ad familiares missas; A XIII 6, 4.

verso, drehen, wenden, umwandeln, deuten: huc et illuc vos versetis licet; fin II 99. ut verset saepe multis modis eadem; orat 137. fac (mentem divinam) esse distentam, caelum versantem; nat III 93. non ut in iudiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret; orat 31. ad omnem malitiam et fraudem versare suam mentem coepit; Cluent 70. versare suam naturam et regere ad tempus atque huc et illuc torquere ac flectere; Cael 13. tuus ille Poenulus verba versare coepit; fin IV 56.

versor, sich aufhalten, befinden, bewegen, beschäftigen, verweilen, verwickelt sein, stattfinden, vorschweben: I. quidvis esse perpeti satius quam in tanta vi atque acerbitate versari; Ver I 68. temere in acie versari immane quiddam est; of I 81. — II. ut in eodem versemur; inv I 85. quis ignorat, ii, qui mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum et quam recondita in arte versentur? de or I 10. num destitit uterque nostrum in ea causa in auctoritatibus, in exemplis, in testamentorum formulis, hoc est in medio iure civili versari? de or I 180. omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut odorer, quid sentiant; de or II 186. Lysias in causis forensibus non versatus; Bru 35. cum versaris in optimorum civium vel flore vel robore; orat 34. Servius tuus in omnibus ingenuis artibus ita versatur, ut excellat; ep IV 3, 4. versor in eorum naufragiis et bonorum direptionibus; ep IV 13, 2. in quibus (studiis) te semper scio esse versatum; ep VI 10, 4. (M. Terentius) versatus in utrisque subselliis; ep XIII 10, 2. versor in gemitu Italiae et in urbis miserrimis querelis; ep XV 15, 3. quod aegritudo et metus in malis opinatis, in bonorum autem errore laetitia gestiens libidoque versetur; Tusc V 43. quae omnes artes in veri investigatione versantur; of I 19. in quibus (terris) bellum acerbum diuturnumque versatum est; Ver III 47. cogitatio in vero exquirendo maxime versatur; of I 132. rei publicae naufragium, in quo conligendo et reficienda salute communi omnia reperientur P. Sestii facta, dicta, consilia versata; Sest 15. dicta: f. consilia. numquam tibi populi Romani absentis dignitas, numquam species ipsa huiusce multitudinis in oculis animoque versata est? Ver V 144. cum disceptatio versatur in scriptis; part or 132. facta: f. consilia. in qua (domo) lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia ac flagitia versentur; Cael 57. homo impurissimus statim coepit in eius modi mente et cogitatione versari; Cluent 69. cum imperator in bello versetur; agr II 52. haec iura civilia, quae iam pridem in nostra familia sine ulla eloquentiae laude versantur; de or I 39. meus labor in privatorum periculis caste integreque versatus; imp Pom 2. laetitia, al.: f. aegritudo, flagitia. versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur; nat III 25. metus: f. aegritudo. narratio, quae versatur in personis; inv I 27. versatur ante oculos luctuosa nox meis omnibus; Rab Post 47. ut in communi odio paene aequaliter versaretur odium meum; Milo 78. tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, cum rebus divinis operam daremus; leg II 26. ubi versatur fortuitarum rerum praesensio, quam divinationem vocas? div II 14. religio: f. pietas. qui (scribae) nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur; dom 74. sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium versetur; of I 132. species: f. dignitas. cum sic (illa vis) ultro citroque versetur; Ac I 28. tota vita in eius modi ratione versata aperiebatur; Cluent 101. vitia: f. flagitia. — III. qui et miles et tribunus et legatus et consul versatus sum in vario genere bellorum; Cato 18. qui possit nomine oratoris ornatus incolumis vel inter hostium tela versari; de or I 202. invita in hoc loco versatur oratio; nat III 85.

versura, Anleihe: I. quae (ὀφειλή) utique vel versura facta solvi volo; A V 1, 2. Salaminii cum Romae versuram facere vellent, non poterant, quod lex Gabinia vetabat; A V 21, 12. — II. duae rationes conficiendae pecuniae, aut versura aut tributo; Flac 20. ut verear, ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit; A V 15, 2. non modo versura, verum etiam venditione, si ita res coget, nos vindicabis; A XVI 2, 2.

versus, nach — hin: uti locum sepulchro C. Pansa consul pedes triginta quoquo versus adsignet; Phil IX 17. cum gradatim sursum versus reditur; orat 135. ut idem quasi sursum versus retroque dicatur; part or 24. verti me a Menturnis Arpinum versus; A XVI 10, 1. cum Brundisium versus ires ad Caesarem; ep XI 27, 3. te iam ex Asia Romam versus profectum esse; ep II 6, 1. is (Crassus) primus instituit in forum versus agere cum populo; Lael 96.

versus, Zeile, Vers: I. is (Isocrates) versum in oratione vetat esse, numerum iubet; orat 172. hoc idem significat Graecus ille in eam sententiam versus; div II 25. — II, 1. versus veteres illi in hac soluta oratione prope modum, hoc est, numeros quosdam nobis esse adhibendos putaverunt; de or III 173. animadvertebas versus ab iis (philosophis) admisceri orationi; Tusc II 26. quod capiat laudem mortui incisam ne plus quattuor herois versibus, quos „longos“ appellat Ennius; leg II 68. neque ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu; orat 183. quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus; quod vehementer est vitiosum; orat 189. cum versus obscenissimi in Clodium et Clodiam dicerentur; Q fr II 3, 2. quod, versus in oratione si efficitur coniunctione verborum, vitium est; de or III 175. elegit ex multis Isocrati libris triginta fortasse versus Hieronymus, plerosque senarios, sed etiam anapaestos; orat 190. quod M. Cicero versum fecerit; Piso 72. ut versum fugimus in oratione; orat 194. Sibyllae versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur; div II 110. locorum splendidis nominibus inluminatus est versus; orat 163. ut versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentium; orat 178. observo: f. fundo. histrio, si versus pronuntiatus est syllaba

una brevior aut longior, exsibilatur; par 26. — 2. perspicuum est numeris astrictam orationem esse debere, carere versibus; orat 187. — 3. quicquid est, quod sub aurium mensuram aliquam cadit || cadat ||, etiam si abest a versu, numerus vocatur; orat 67. ne plane in versum aut similitudinem versuum incidamus; de or III 182. in Sibyllinis ex primo versu cuiusque sententiae primis litteris illius sententiae carmen omne praetexitur; div II 112. — III. hanc amphiboliam versus (Pyrrhus) intellegere potuisset; div II 116. furoris divinationem Sibyllinis maxime versibus contineri arbitrati eorum decem interpretes delectos e civitate esse voluerunt; div I 4. similitudo: f. II, 3. incido in. — IV, 1. cum (poëta) versu sit astrictior; orat 67. capere; f. II, 1. appello. contineri: f. III. interpretes. numero maxime videbantur antea (poëtae differre) et versu; orat 66. cuius (caeli) omnem ornatum versibus Aratum extulisse; rep I 22. ut omnes hominis libidines delicatissimis versibus expresserit; Piso 70. quos (poëtas) necessitas cogit et ipsi numeri ac modi sic verba versu includere, ut . .; de or III 184. alternis versibus intorquentur inter fratres gravissimae contumeliae; Tusc IV 77. qui erat Archilochi versu vulneratus; nat III 91. — 2. ut in versu vulgus, si est peccatum, videt, sic . .; de or III 198. cum in singulis versibus populus Romanus Bruti memoriam prosequebatur; Phil X 8.

versute, verſchlagen, ſchlau: fuisse quosdam, qui idem ornate ac graviter, idem versute et subtiliter dicerent; orat 22. nihil acute inveniri potuit, nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit; Bru 35.

versutus, gewandt, verſchlagen, ſchlau: A. (T. Iuventius) in capiendo adversario versutus; Bru 178. versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur, callidos autem, quorum, tamquam manus opere, sic animus usu concalluit; nat III 25. animus acutus atque versutus invictos viros efficit; de or II 84. in primis versutum et callidum factum Solonis; of I 108. quod (genus acuminis) erat in reprehendendis verbis versutum et sollers; Bru 236. ex aequo et bono, non ex callido versutoque iure rem iudicari oportere; Caecin 65. praeter simulatam versutamque tristitiam; sen 13. — B. non viri boni (hoc genus est), versuti potius, obscuri, astuti; of III 57.

vertex, Wirbel, Strudel, Gipfel, Pol, Scheitel: I. »nunc dolorum anxiferi torquent vertices«; Tusc II 21. — II, 1. eundem caeli verticem lustrat parva Cynosura; nat II 106. — 2. qui (ignes) ex Aetnae vertice erumpunt; Ver IV 106. — III. non ab imis unguibus usque ad verticem summum ex fraude, fallaciis constare totus videtur? Q Rosc 20. — IV. terra angustata || angusta || verticibus, lateribus latior; rep VI 21.

verto, drehen, wenden, ſich wenden, wechſeln, verwandeln, umſtürzen, übertragen, überſetzen, auslegen, pass. enthalten ſein, ſich befinden: I. illa initia et, ut e Graeco vertam, elementa dicuntur; Ac I 26. tum ille vere vertens annus appellari potest; rep VI 24. — II. ne sibi vitio illae (matronae) verterent, quod abesset a patria; ep VII 6, 1. — III. verti me a Minturnis Arpinum versus; A XVI 10, 1. verti, ut quaedam Homeri, sic istum ipsum locum; fin V 49. qui (Callicratidas) vertit ad extremum omnia; of I 84. in quo (iure) illa causa vertebatur; Bru 145. Brundisii omne certamen vertitur huius primi temporis; A VIII 14, 1. non in supplicio crimen meum vertitur; Ver V 133. id (orationis genus) ad omnem aurium voluptatem et animorum motum mutatur et vertitur; de or III 177. cum impetum caeli cum admirabili celeritate moveri vertique videamus || videmus ||; nat II 97. locum: f. alqd. se virtutis causa ne manum quidem versuros fuisse; fin V 93. omnes orbes eorum (siderum) quasi helicae inflexione vertebat; Tim 31. cum (ratio) in illis rebus vertitur, quae . .; Tim 28. quia volunt aliquam poenam subterfugere, eo solum vertunt; Caecin 100. vertit stilum in tabulis suis; Ver II 101. quod fit, cum terra in aquam se vertit; nat III 31. virtus omnis tribus in rebus fere vertitur; of II 18.

vervex, Hammel: quod genus sacrificii Lari vervecibus || [verbecibus] || fiat; leg II 55.

verum, aber, doch, ſondern: I, 1. verum hoc, ut dixi, nihil ad me; de or II 140. verum hominem amentem hoc fugit; Ver IV 27. verum ubi tandem aut in quibus statuis ista tanta pecunia consumpta est? Ver II 142. verum esto: gloriosus fuisti; Flac 80. verum utatur hac defensione; Sest 135. — 2. verum enim vero, cum esset (frumentum) HS binis, duodenos sestertios exegisti; Ver III 194. verum ita est, uti dicis; Caecin 37. verum ne nimium multa complectamur, hoc ipsum interdictum consideremus; Caecin 55. cur nolint, etiamsi taceant, satis dicunt; verum non tacent; div Caec 20. verum quoniam tibi instat Hortensius; Quinct 34. verum sint sane ista Democritea vera; div II 32. verum, si placet, ad reliqua pergamus; de or III 51. verum si quod erit armorum iudicium, tum ista dicito; Caecin 61. verum tamen multum in causis persaepe lepore profici vidi; de or II 219. verum tamen ipse me conformo ad eius voluntatem; ep I 8, 2. verum ut ad illud sacrarium redeam, signum erat . . ; Ver IV 5. — II. animadvertebas, etsi tum nemo erat admodum copiosus, verum tamen versus ab iis (philosophis) admisceri orationi; Tusc II 26. etsi — verum tamen de illis — nosti cetera; ep XVI 22, 2. etsi haec pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat, verum tamen —; ep XVI 23, 1. neque spectari oportere, in quo loco sit facta vis, verum sitne facta; Caecin 85. neque solum, quid istum audire, verum etiam, quid me deceat dicere, considerabo; Ver I 32. neque his tantum (se commisit), verum etiam eius potestati, cui . . ; Milo 61. qui nihildum etiam istius modi suspicabantur, verum tamen ea providebant; Ver IV 9. non est ea quidem neglegenda; verum intellegendum est . . ; de or I 109. si non ad homines, verum ad bestias haec conqueri vellem; Ver V 171. cum is tum monimentum consulibus non modo inspectantibus, verum adiuvantibus disturbaret; dom 114. quod planum facere non modo non possis, verum ne coneris quidem; Sex Rosc 54. illud ipsum non modo voluptatem esse, verum etiam summam voluptatem; fin I 38. nunc vero quam subito non solum ex urbe, verum etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum conlegerat! Catil II 8. sed finge non solum callidum eum, verum etiam praepotentem; fin II 57. est istuc quidem honestum, verum hoc expedit; of III 75. quem (Brutum) quidem ego spero iam tuto vel solum tota urbe vagari posse. verum tamen —; A XIV 8, 2.

verus, wahr, aufrichtig, wirklich, begründet, vernünftig, richtig, recht, billig: A. illum Numidicum, verum et germanum Metellum; Ver IV 147. negat verum esse adlici benivolentiam cibo; Muren 74. haec vera an falsa sunt? Ac II 95. cum plus uno verum esse non possit; Ac II 147. verius est nimirum illud; nat I 123. cum de verissimo accusatore disceptatur; part or 98. o mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum! Phil II 89. veram causam agens; Bru 226. tametsi verissimum (crimen) esse intellegebam; Ver V 158. quodsi Aquiliana definitio vera est; of III 61. ex aeternitate vera fuit haec enuntiatio: „relinquetur in insula Philoctetes“; fat 37. nec posse verum futurum convertere in falsum; fat 20. si sint ea genera divinandi vera; div I 9. nihil est illi vera gloria dulcius; Phil V 50. qui solidam laudem veramque quaerat; Sest 93.

omnis opinio ratio est, et quidem bona ratio, si vera, mala autem, si falsa est opinio; nat III 71. cedo nunc de me eodem ad verum populum contionem! Sest 108. quae (monumenta) nomine illorum, re vera populi Romani et erant et habebantur; Ver I 11. cum hac sententia non modo verior, sed ne utilior quidem hominum vitae reperiri ulla possit; par 23. si vera (somnia) a deo mittuntur, falsa unde nascuntur? div II 127. a Rhodia classe deserti verum vatem fuisse sensistis: div I 69. habeo regulam, ut talia visa vera indicem, quae falsa esse non possint; Ac II 58. in qua quaestione dolor elicere veram vocem possit etiam ab invito; Deiot 3. — B, I. ut (Stoici) negent quicquam posse percipi nisi tale verum, quale falsum esse non possit; fin V 76. ne in maximis quidem rebus quicquam adhuc inveni firmius, quod tenerem, quam id, quodcumque mihi quam simillimum veri videretur, cum ipsum illud verum tamen in occulto lateret; orat 237. — II, 1. verum si audire volumus; Bru 256. oculi vera cernentes utuntur natura atque sensu, animi, si quando vera viderunt, usi sunt fortuna atque casu; div II 108. cum verum iuratus dicas; Sulla 21. cogitatio in vero exquirendo maxime versatur; of I 132. cuius generis etiam illa sunt, ex quibus verum non numquam invenitur, pueritia, somnus, imprudentia, vinulentia, insania, Top 75. ut excitaret homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem; nat I 4. verum ut loquamur; A II 7, 3. percipio: f. I. est. ad verum probandum auctoritatem adiuvare; Quinct 75. verum si quaerimus; Rab Post 22. duplex est ratio veri reperiendi non in iis solum, quae mala, sed in iis etiam, quae bona videntur; Tusc III 56. si verum scire vis; A XII 41, 3. video: f. cerno. — 2. quod et veri simile videatur et absit longissime a vero; Ac II 36. quibus in controversiis cum saepe a mendacio contra verum stare homines consuescerent; inv I 4. omne visum, quod sit a vero, tale esse, quale etiam a falso possit esse; Ac II 41. — III. in his veri similibus insunt non numquam etiam certae rerum et propriae notae part or 40. f. I, 1. latet. II. 2. absum a. — IV, 1. veri a falso distinctio traditur; fin I 64. duo esse haec maxima in philosophia, iudicium veri et finem bonorum; Ac II 29. non inesse in iis propriam veri et certi notam; Ac II 103. cuius (aequitatis vis) altera derecta ‖ directi, al. ‖ veri et iusti et, ut dicitur, aequi et boni ratione defenditur; part or 130. maximam fidem facit ad similitudinem veri primum exemplum, deinde introducta rei similitudo; part or 40. cum (sapiens) possit sine adsensione ipsam veri similitudinem non impeditam sequi; Ac II 107. — 2. res (controversiam facit) aut de vero aut de recto aut de nomine; orat 121. — V. nihil ita signari in animis nostris a vero posse, quod non eodem modo posset ‖ possit ‖ a falso; Ac II 71.

vesanus f. **vaesanus.**

vescor, essen, verzehren, genießen: I. quod (pecus) erat ad vescendum hominibus apta; nat II 160. — II. lacte, caseo, carne vescor; Tusc V 90. nec (di) iis escis aut potionibus vescuntur, ut nimis acres umores conligant; nat II 59. quae est in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur? orat 31. lacte: f. carne. potionibus: f. escis. ut eorum (boum) visceribus vesci scelus haberetur; nat II 159. si gerendis negotiis orbatus possit paratissimis vesci voluptatibus; fin V 57.

vesica, Blase: tanti aderant vesicae et torminum morbi, ut . . ; fin II 96.

vesicula, Bläschen: inflatas rumpi vesiculas; div II 33.

vesper, Abend: I. cum (Socrates) usque ad vesperum contentius ambularet; Tusc V 97. — II, 1. cum ad me in Tusculanum heri vesperi venisset Caesar; de or II 13. cum in Pompeianum vesperi venissem; ep VII 3, 1. Lepidus ad me heri vesperi litteras misit Antio; A XIII 47, a, 1. — 2. epistulam cum a te avide exspectarem ad vesperum; A II 8, 1. ab hora octava ad vesperum secreto conlocuti sumus; A VII 8, 4. cum mane me in silvam abstrusi densam, non exeo inde ante vesperum; A XII 45.

vespera, Abend: ibi se occultans perpotavit ad vesperam; Phil II 77.

vespertinus, am Abend, abendlich: praeclara senatus consulta illo ipso die vespertina; Phil III 24. antemeridianis tuis litteris heri statim rescripsi; nunc respondeo vespertinis; A XIII 23, 1. multa mirabiliter efficiens (stella) tum vespertinis temporibus delitiscendo, tum matutinis rursum se aperiendo; nat II 52.

vester, euer: A. idem erit Epicuro vestro faciendum, quod Scipioni; fin II 56. ut vestri Attici et sui erant iidem et Attici, sic . .; leg II 5. ubi igitur illud vestrum beatum et aeternum? nat I 68. vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare; agr II 64. cum me vestra auctoritas arcessierit; sen 39. beatum: f. aeternum. qui vestris maximis beneficiis honoribusque sunt ornati; Quir 16. qui vestro singulari studio atque consensu parentum beneficia nobis reddidistis; sen 2. utrum ea vestra an nostra culpa est? Ac II 95. venerati Iovem illum, custodem huius urbis ac vestrum; Catil III 29. cui dignitati vestrae repugno? Sulla 50. delector et familia vestra et nomine; fin II 72. ut omnis rei publicae dignitas vestrae sapientiae, fidei, potestati commissa creditaque esse (videatur); dom 1. cuius luctus aut hoc honore vestro aut nullo solacio levari potest; Phil IX 12. f. beneficia. ut vestrae quoque mentes, vestra iudicia, vestrae sententiae optimo cuique infestissimae reperiantur; Flac 94. qui rem publicam libertatemque vestram tutatus est et tutatur; Phil IV 2. vos ad maiorum vestrorum imitationem excitabo; Sest 136. mentes: f. iudicia. nomen: f. familia. in quo maxime consuevit iactare vestra se oratio, tua praesertim; fin I 36. qui vestri ordinis cum magistratibus nostris fuerint his causis implicati; Rab Post 19. potestas: f. fides. quod est istuc vestrum probabile? Ac II 35. habetis consulem ex plurimis periculis et insidiis non ad vitam suam, sed ad salutem vestram reservatum; Catil IV 18. iisdem hic sapiens oculis, quibus iste vester, caelum, terram, mare intuebitur; Ac II 105. sapientia: f. fides. plus multo erunt vestris sententiis quam suis gladiis consecuti; Muren 80. f. iudicia. neque huic vestro tanto studio audiendi deero; Sest 35. f. consensus. nolite animum meum debilitare metu commutatae vestrae voluntatis erga me; Planc 103. — B, a, I. vestri enim, credo, graves habent Turpionem sutorium et Vettium mancipem; A VI 1, 15. omnia vestri, Balbe, solent ad igneam vim referre Heraclitum, ut opinor, sequentes; nat III 35. — II. nec hoc in te convenit, sed cum in reliquos vestros, tum in eum maxime; nat II 74. — b. vestra enim hoc maxime interest; Sulla 79. — c. vestra solum legitis, vestra amatis, ceteros causa incognita condemnatis; nat II 73. te, quae nos sentiamus, omnia probare, mihi autem vestrorum nihil probari; fin IV 80.

vestibulum, Vorplatz, Eingang, Vorhalle: I, 1. quod (lex) »forum«, id est vestibulum sepulchri, »bustumve usu capi« vetat; leg II 61. vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciet inlustres; orat 50. oportet, ut aedibus ac templis vestibula [et aditus,] sic causis principia pro portione rerum praeponere; de or II 320. — 2. ut sororem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu et limine; Milo 75. — 3. tam te in aedes tuas restitui oportere, si e vestibulo, quam si ex interiore aedium

parte deiectus sis; Caecin 89. discessimus in vestibulum Tettii Damionis; A IV 3, 3. si essent in vestibulo balnearum; Cael 62. — II. ante ipsum Serapim, in primo aditu vestibuloque templi; Ver II 160.

vestigium, Fußsohle, Spur, Merkmal, Stelle, Standort, Überrest, Augenblick: I. in ceteris regibus num eloquentiae vestigium apparet? de or I 37. ne quod in vita vestigium libidinis appareat; Ver III 4. quae possunt verborum, quae rerum ipsarum esse vestigia? Tusc I 61. ne vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis; ep IV 14, 1. f. significat. exstent oportet expressa sceleris vestigia; Sex Rosc 62. cuius nullum remanet consulatus vestigium; Phil XIII 37. in quibus (tabulis) vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam *M.* Fonteio datam; Font 12. — II, 1. ut vestigium illud ipsum, in quo [ipse] postremum institisset, contueremur; de or III 6. exprimo: f. I. exstant. pedem cum intulero atque in possessione vestigium fecero; Caecin 39. in quibus (curriculis) Platonis primum sunt impressa vestigia; orat 12. quasi impressa facti vestigia; part or 114. quorum (siderum) alterum (genus) nullum umquam cursus sui vestigium inflectat; nat II 49. cuius vestigia persequi cupiunt; de or I 105. vestigium statuarum istius in tota Sicilia nullum esse relictum; Ver II 160. quod horum in iis locis vestigia ac prope incunabula reperiuntur deorum; Ver IV 107. ut repente nullum vestigium retineret pristinae dignitatis; Sulla 91. ut omnes mortales istius avaritiae non iam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint; Ver II 190. — 2. insisto in: f. 1. contueor. quem (deum) in animi notione tamquam in vestigio volumus reponere; nat I 37. qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos ἀντίποδας vocatis; Ac II 123. quem in maiorum suorum vestigiis stare oportebat; Sest 7. — III, 1. horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia impressit; Phil II 58. a pueritia vestigiis ingressus patris et tuis; rep VI 26. quod, quibus vestigiis primum institi; in iis fere soleo perorare; de or III 33. Albiana pecunia vestigiisne nobis odoranda est an ad ipsum cubile vobis ducibus venire possumus? Cluent 82. quem ad modum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti; Bru 307. Cluentii nummus nullus iudici datus ullo vestigio reperietur; Cluent 102. stare: f. II, 2. sto contra. — 2. repente e vestigio ex homine tamquam aliquo Circaeo poculo factus est Verres; div Caec 57. in: f. 1. insistere.

vestigo, aufspüren: aliquid, quod cum desidiosa delectatione vestiges; de or III 88. causas rerum vestigabimus; de or II 166. hi voluptates omnes vestigant atque odorantur; sen 15.

vestimentum, Kleidungsstück, Kleidung: 1. calceos et vestimenta mutavit; Milo 28. Scipio calceis et vestimentis sumptis e cubiculo est egressus; rep I 18. — 2. ne quod in vestimentis telum occultaretur; of II 25.

vestio, kleiden, bekleiden, bedecken, schmücken: quasi vero nescias hunc et ali et vestiri a Caecilia; Sex Rosc 147. ut (orator) deberet ea vestire atque ornare oratione; de or I 142. quarum (animantium) aliae coriis tectae sunt, aliae villis vestitae; nat II 121. »sin Centaurus Aram tenui caligans vestiet umbra;« fr H IV, a, 449. cum hominibus smale vestitis; Piso 61. montes vestiti atque silvestres; nat II 132. his tabulis interiores templi parietes vestiebantur; Ver IV 122. ita reconditas exquisitasque sententias mollis et pelluceus vestiebat oratio; Bru 274. terra vestita floribus, herbis, arboribus frugibus; nat II 98. »cum Aquarius vestivit lumine terras«; H IV, a, 726. vestita (uva) pampinis; Cato 53.

vestis, Kleid, Kleidung, Teppich: I. respondeat his vestis, argentum; fin II 23. — II. ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem, sic . .; de or III 155. (mulier) per triennium isti stragulam vestem confecit; Ver IV 59. non explicata veste neque proposito argento; de or I 161. pro uno cive bonos omnes mutasse vestem; Sest 27. iuvenes ii veste posita corpora oleo perunxerunt; Tusc I 113. proferebant alii vestem linteam; Ver V 146. reperio: f. adhibeo. — III. plena domus caelati argenti optimi multaeque stragulae vestis; Ver II 35. — IV. sive illa vestis mutatio ad luctum ipsorum sive ad deprecandum valebat; Sest 32. — V. qui indutus muliebri veste fueris; fr A XIII 23. ne hunc suum dolorem veste significarent; Sest 32.

vestitus, Kleidung, Bekleidung: I, 1. ad'de huc riparum vestitus viridissimos; nat II 98. cernes vestitus densissimos montium; nat II 161. vestitum filius mutavit; Q fr II, 3, 1. ipse ornatum ac vestitum pristinum recuperabit; Sulla 88. — 2. si Phalarim vir bonus vestitu spoliare possit; of III 29. erant aënea duo praeterea signa virginali habitu atque vestitu; Ver IV 5. — 3. ut ad suum vestitum senatores redirent; Sest 32. — II. crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit; Rab Post 27. — III, 1. concinnitas illa crebritasque sententiarum pristina manebat, sed ea vestitu illo orationis, quo consuerat, ornata non erat; Bru 327. venisse eo muliebri vestitu virum; A I 13, 3. — 2. ille Cyprius miser est cum victu ac vestitu suo publicatus; Sest 59.

veteranus, alt, erprobt, Veteran: A. si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem exercitus? Phil II 61. cum C. Caesar veteranos milites convocavit; Phil V 23. — B, I. veterani [qui appellabantur], quibus hic ordo diligentissime caverat non ad conservationem earum rerum, quas habebant, sed ad spem novarum praedarum incitabantur; Phil I 6. — II, 1. eos veteranos non tueri solum, sed etiam commodis augere debeo; Phil XI 37. nisi ille (Caesar) veteranos celeriter conscripsisset; ep X 28, 3. incito: f. I. tueor: f. augeo. — 2. caveo: f. I. — 3. (legio) constituta ex veteranis; Phil XIV 27. — III. ne veteranorum animos offenderet; Phil XIII 13. veteranorum colonias sustulistis; Phil XIII 31. si veteranorum nutu mentes huius ordinis gubernantur; Phil X 19.

veterator, geübt, Schlaukopf: I. ipse est veterator magnus Dionysius; Q fr II 11 (13), 4. (P. Cethegus) in causis publicis nihil, in privatis satis veterator videbatur; Bru 178. — II ut ille veterator et callidus vinctus ad Hannibalem duceretur; of III 113. tum ipse L. Cotta est veterator habitus; Bru 82. vincio: f. duco. — III. non viri boni (hoc genus est), versuti potius, veteratoris, vafri; of III 57.

veteratorie, schlau, listig: quod acute et veteratorie dicit; orat 99.

veteratorius, schlau, listig: nihil ab isto vafrum, nihil veteratorium exspectaveritis; Ver I 141. eam (accurationem) ut citius veteratoriam quam oratoriam diceres; Bru 238. splendidam quandam minimeque veteratoriam rationem dicendi (Caesar) tenet; Bru 261.

veternus, Alter, Schlaffucht: erat in eadem epistula „veternus civitatis"; ep II 13, 3. *„veternum" generis neutri, ut Cicero*: liceat faenerare veternum; fr I 24.

vetitum, Verbot: et hoc et alia iussa ac vetita populorum vim habere ad recte facta vocandi et a peccatis avocandi; leg II 9.

veto, verbieten, untersagen, verhindern: I, 1. quae (lex) est recta ratio in iubendo et vetando; leg I 33. — 2, a. cum a tribuno pl. vetaretur; sen

8. — b. cum mos maiorum tamen et exempla et gravissimae legum poenae vetarent; Piso 50. — II. 1. qui vetant quicquam agere, quod dubites aequum sit an iniquum; of I 30. ut fugere vitam vetent; Scaur 5. — 2. sicut aperte Simonides vetitus est navigare; div II 134. — 3. lex peregrinum vetat in murum escendere ‖ asc. ‖; de or II 100. rationes in ea disputatione a te conlectae vetabant me rei publicae penitus diffidere; ep V 13, 3. — III. istud vetat lex Caesaris; Phil VIII 28. cum cornix cecinerit, tum aliquid eam aut iubere aut vetare; Ac II 128. Carbonis est tertia (lex) de iubendis legibus ac vetandis; leg III 35. — IV. acta agimus, quod vetamur vetere proverbio; Lael 85.

vetulus, ältlich, alt: A. se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Q. filiam, vetulam sane et multarum nuptiarum; A XIII 28, 4 (29, 1). ut arborem et „novellam" et „vetulam" (dicimus); fin V 39. ut equis vetulis teneros anteponere solemus; Lael 67. Alfenus cum isto gladiatore vetulo cotidie pugnabat; Quinct 29. — B. in „Equo Troiano" scis esse in extremo: „sero sapiunt". tu tamen, mi vetule, non sero; ep VII 16, 1.

vetus, alt, ehemalig, die Altvordern, alte Schriftsteller: A. Themistocles insecutus est, ut apud nos, perantiquus, ut apud Athenienses, non ita sane vetus; Bru 41. „ubi est vetus illud: num claudicat? at hic clodicat"; de or II 249. vetus est, „ubi non sis, qui fueris, non esse, cur velis vivere"; ep VII 3, 4. sex menses cum Antiocho, veteris Academiae nobilissimo et prudentissimo philosopho, fui; Bru 315. illa (Academia) vetus, haec nova nominetur; Ac I 46. Peripatetici veteresque Academici; Tusc V 75. cognoscentur omnia istius aera illa vetera; Ver V 33. Mithridates omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit; imp Pomp 9. colonias deducere novas, renovare veteres; agr II 34. commemorarem non solum veterum, sed horum etiam recentium vel ducum vel comitum tuorum gravissimos casus; ep VI 6, 12. an veteres illae copiae coniuratorum corpori meo pepercissent? dom 58. mitto illam veterem ab ipsis dis immortalibus Etruriae traditam disciplinam; har rep 20. duces: f. comites. ut illi, unde peteretur, vetus atque usitata exceptio daretur; de or I 168. vetere exemplo atque instituto optimi cuiusque faciebant; Sulla 49. cur tantum interest inter novum et veterem exercitum? Tusc II 38. cum statuae veterum hominum deiectae (sunt); Catil III 19. ut animos novarum rerum exspectatione suspensos ad veteris imperii benivolentiam traducerem; ep XV 4, 14. ceteri novis adfinitatibus adducti veteres inimicitias saepe deponunt; Cluent 190. qui totam hanc causam vetere instituto solus peroravi; Cluent 199. f. exemplum. video esse legem veterem tribuniciam; dom 127. ad indicia veteris memoriae cognosenda; fin V 6. quicum mihi necessitudo vetus intercedit; Quinct 54. ut a veteribus philosophis definitum est; of II 5. pares vetere proverbio cum paribus facillime congregantur; Cato 7. cur in re tam usitata tam vetere, tam usitata quicquam novi feceris; Ver III 16. fuit is (L. Aelius) scriptorum veterum litterate peritus; Bru 205. quis veterum scriptorum non loquitur . . ? div I 31. in tua vetere sententia permanes; leg III 26. veterem iudiciorum severitatem non requiro; Ver III 146. — B, a, I. eas (adsensiones) veteres illi, quibus omnia fato fieri videbantur, vi effici et necessitate dicebant; fat 40. quia veteres illi pervulgari artem suam noluerunt; de or I 186. haec veteres probaverunt; div I 5. — II. videor: f. I. dicunt. — III. genera veterum ac novorum numerumque permiscuit; Ver II 125. quibus (verbis) instituto veterum utimur pro Latinis; fin III 5. illud nomen veterum litteris usitatius; nat III 48. numerus: f. genera, — IV. illa a veteribus superior cavillatio, haec altera dicacitas nominata est; de or II 218. quaesieras, nonne putarem post illos veteres tot saeculis inveniri verum potuisse; Ac II 76. — b, I. sum: vgl. A. alqd. — II. ut vetera mittam; Font 12. cur aut vetera aut aliena proferam potius quam et nostra et recentia? leg III 21. quid ego vetera repetam? Ver III 182.

vetustas, Alter, Altertum, lange Dauer, Länge der Zeit, langes Bestehen, späte Nachwelt: I. me amicitiae vetustas ad C. Rabirium defendendum est adhortata; Rabir 2. nimia vetustas nec habet eam, quam quaerimus, suavitatem nec est iam sane tolerabilis; Bru 287. tanta erat auctoritas et vetustas illius religionis; Ver IV 108. hanc certe rem deteriorem vetustas fecit; Bru 258. habet: f. est. »quem neque longa vetustas interimet stinguens praeclara insignia caeli«; fr H IV, c, 1. in quibus (ordinibus) nihil umquam immensa et infinita vetustas mentita sit; nat II 15. de me nulla umquam obmutescet vetustas; Milo 98. stinguit: f. interimit. quae vetustas tollet operum circum Mutinam taetra monimenta? Phil XII 12. — II, 1. quod verborum vetustas prisca cognoscitur; de or I 193. quae (vina) vetustatem ferunt; Lael 67. quae mihi videntur habitura etiam vetustatem; A XIV 9, 2. — 2. cum sit Cn. Plancius ea vetustate equestris nominis: Planc 32. — 3. non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda memoria est nobilitatis tuae; Muren 6. — III. vetustatis exempla oratori nota esse debere; de or I 201. ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur; dom 86. historia, nuntia vetustatis, qua voce alia nisi oratoris immortalitati commendatur? de or II 36. propter religionem sedum illarum ac vetustatis; agr II 51. quae verba iam pridem non solum tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis oppressa sunt; Rabir 13. maxima est vis vetustatis et consuetudinis; Lael 68. — IV, 1. si (tecta) vetustate cecidissent; of II 13. quin videremus hominem nobiscum et studiis eisdem et vetustate amicitiae coniunctum; Ac I 1. non vides veteres leges sua vetustate consenuisse? de or I 247. id, quod iam contritum est vetustate, proverbium; of III 77. qui agrum Recentoricum possident, vetustate possessionis se defendunt; agr II 57. picturam egregiam, sed iam evanescentem vetustate; rep V 2. neque vetustate minui mala nec fieri praemeditata leviora; Tusc III 32. odium vel precibus mitigari potest vel vetustate sedari; Quir 23. cum constet aegritudinem vetustate tolli; Tusc III 74. — 2. res ab nostra memoria propter vetustatem remotas; inv I 1.

vetustus, alt, altertümlich: multo vetustior et horridior ille (Laelius) quam Scipio; Bru 83. aera legum de caelo tacta quid habent observatum ac vetustum? div II 47. ara vetusta in Palatio Febris; leg II 28. cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est; ep XIII 36. evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam? Cluent 4.

vexatio, Plage, Mißhandlung, Erschütterung, Qual: I. vexationem virginum Vestalium perhorresco; Catil IV 12. — II. adflictatio (est) aegritudo cum vexatione corporis; Tusc IV 18. — III. is in te non expilatione Asiae, vexatione Pamphyliae concitetur? Ver III 6.

vexator, Heimsucher, Störer, Mißhandler: I. an iste tam crudelis mei, tam sceleratus rei publicae vexator esse potuisset? har resp 47. — II. adduxi vexatorem Asiae atque Pamphyliae; Ver pr 2. alter despiciens conscios stuprorum ac veteres vexatores aetatulae suae; Sest 18 si ego te perditorem et vexatorem rei publicae fero; Vatin 7. ut odisset vexatorem furoris (sui); Milo 35.

vexillum, Fahne, Standarte: 1. tunc illud vexillum Campanae coloniae vehementer huic imperio

timendum Capuam a decemviris inferetur; agr II 86. ut vexillum tolleres, ut aratrum circumduceres; Phil II 102. — 2. vexillo opus est; convolabunt; A X 15, 2. — 3. quam litteram etiam e „paxillo“ et „vexillo“ consuetudo elegans Latini sermonis evellit; orat 153.

